unde vulgo tritum illud proverbium natum est: "nobilibus et splendidis etiam mense tertio liberi nascuntur."

Licet autem his de Caesare proditis illud etiam adiungere, unde Caesaris nomen habuerit. sunt qui tradant eius matrem gravidam eniti non potuisse, sed fuisse ante partum exstinctam; quo factum sit ut eius propinqui iuberent uterum aperiri. de quo cum fetus vivus prodiisset, Caesarem dixere tanquam excisum. alii volunt comam capitis apud Romanos caesariem appellari, Gaiumque Caesaris nomen habuisse, quod pulchra densaque caesarie praeditus esset. denique nonnulli sunt rerum Romanarum scriptores, qui memoriae prodiderunt fuisse quendam Gai Caesaris gentilem, qui praeclaris facinoribus editis eo tempore quo Romani et Carthaginenses bellum inter se gerebant, etiam letali hastae vulnere adversarium elephanto insidentem una cum ipsa bellua in terram prostraverit, indeque gloriosum Caesaris cognomentum acceperit: nam eo vocabulo Poenis elephantos appellari. ab hoc igitur ceteros gentiles atque posteros ipsius Caesares fuisse dictos, honoris ab eodem non parum consecutos.

Περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς· ἡμῖν δ' ἐπανιτέον
ἐπὶ τοῦ λόγου τὸν εἱρμόν. μέλλοντος γὰρ ἐκθνήσκειν
τοῦ καλλινίκου Καίσαρος τοῦ τολμηροκαρδίου,
ἔδοξε βλέπειν ἡ γυνὴ τούτου κατὰ τοὺς ὕπνους
P 38 *κατὰ τῆς τούτου κεφαλῆς πεσοῦσαν τὴν οἰκίαν,*
τὸν ἄνδρα δὲ κατάρρυτον αἵμασι γεγονότα
οἰκτρότατα καταπεσεῖν ἐπὶ τοὺς ταύτης κόλπους.
ἐσφάγη γοῦν ἐλεεινῶς τῆς ἀγορᾶς ἐν μέσῳ,
ἐπιθεμένων δολερῶς Κασίου τε καὶ Βρούτου.
Γαΐου τοίνυν Καίσαρος οὕτως ἀπολωλότος
ἀδελφιδοῦς εἰσποίητος υἱὸς ἐκείνου, Καῖσαρ
ὁ σεβαστὸς ἐπικληθείς, ἐλάβετο τῶν σκήπτρων,
τὸ μὲν Ὀκτάβιος αὐχῶν ὡς κύριον ἐκ βρέφους,
Αὔγουστος μετὰ ταῦτα δὲ κληθεὶς ὡς ηὐξημένος.
οὗτος ὑπῆρξε μόναρχος εἰς πλέον ἐκταθείσης
B *καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς εἰς ἄκρα γῆς φθασάσης.*
τοῦτον ἡ μήτηρ κύουσα κατεῖδεν ἐν ὀνείροις
σπλάγχνον αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ὡς ἁρπαγὲν ἀνέπτη.
ἄρτι δ' ἐκκύπτοντος ὑγρῶν ἐκ μητρικῶν θαλάμων,
ἔδοξε βλέπειν ὁ πατὴρ αὐτοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους
ὡς ἐκ τῶν κόλπων ἔφαυσε τῆς τούτῳ συνοικούσης
ἥλιος ὁ τερψίμβροτος ὁ μέγας ἡμεράρχης.
ὡς δὲ προῆλθε βράδιον ἐκ τῆς οἰκίας τότε,
ἀστεροσκόπῳ ἐντυχὼν ἤρετο τὴν αἰτίαν.
ἐκείνου δὲ τὴν γέννησιν τοῦ βρέφους ἐπειπόντος

1824 *καρτεροκαρδίου* ARR 1828 *κατὰ* M 1837 *ἀρχῆς καὶ τῆς ζωῆς εἰς ἄκρον* R 1840 *δὲ κύπτοντος* AM, *δ' ἐκπίπτοντος* R 1845 *ἀστεροσκόπος?*

Ac de his quidem dictum satis: nunc ad oration's seriem redeamus. cum morti vicinus esset victoriosus ille fortisque Caesar, uxor eius per quietem videre visa est gladium in caput ipsius delabentem, maritum vero sanguine perfusum in sinum uxoris miserrime se demittentem. secundum haec in medio foro miserabiliter caesus est, insidiis a Cassio Brutoque structis.

Hoc modo cum Gaius Caesar interiisset, filius eius adoptivus, Augustus Caesar e Gai sorore natus, in imperio successit; qui cum a puero nomen Octavii tanquam sibi proprium habuisset, deinceps Augustus dictus est velut auctus. solus dominatu potitus est in vita longaeva et imperio ad extremos terrae fines prorogato. cum mater eo gravida foret, vidit in somnis viscus suum in caelum raptum subvolare. deinde illo ipso momento quo ex alvo materna prodibat, pater videre visus est e sinu coniugis solem ortum lucere. cumque tardius illo die domo exiret, quidam astrologus obviam factus cur serius prodiret interrogabat:

καὶ τὰ μεγάλα φράσσοντος αὐτῷ τῶν ὀνειράτων,
βαρυπενθήσας ὁ πολὺς ἐκεῖνος ἀστρολόγος
"ἄνθρωπε, τί πεποίηκας;" ἀνέκραγεν ἐκ βάθους·
"δεσπότην ἀπεκύησας ἡμῖν καὶ βασιλέα." C
τοῦ δὲ παιδὸς ἐλαύνοντος εἰς αὔξην ἡλικίας,
κἂν τοῖς ἀγροῖς διάγοντος σὺν τοῖς αὐτοῦ τοκεῦσιν,
καὶ τερπομένου θερισταῖς καὶ τοῖς ἀμαλλοδέταις,
καὶ ταῖν χεροῖν ἐμφέροντος ἄρτον καὶ σιτουμένου,
ἄφνω ῥοιζήσας ἀετὸς ἀφήρπασε τὸν ἄρτον,
καὶ πτερυχθεὶς μετάρσιος ἐπῆρτο πρὸς ἀέρα,
καὶ πάλιν ἐπικαταπτὰς ἀπέδωκε τὸν ἄρτον.
ἐπεὶ δὲ πρὸς βασίλειον ὕψος ἀναβεβήκει,
θυμώδης ἦν, ἀκρόχολος, ὀργίλος, ὁρμητίας,
καὶ πάλιν εὐμετάφορος ἐγίνετο καὶ πρᾶος.
ὡς οὖν ἐκάθητό ποτε δικοθετῶν καὶ κρίνων
καὶ πότμον ἀπεφήνατο κατὰ πολλῶν ἀνθρώπων,
ἀνὴρ Μηκίνης τις σοφὸς μὴ σθένων πλησιάσαι D
καὶ νουθετῆσαι Καίσαρα (τὸ πλῆθος γὰρ ἀπεῖργε)
χάρτῃ πιστεύει γράμματα, σφραγῖδι σημειοῦται.
ἔλεγε δὲ τὰ γράμματα "δήμιε, παῦσαι κρίνων."
καταστοχάζεται καλῶς, τὸν χάρτην ἀκοντίζει.
καὶ Καῖσαρ τοῦτον κατιδὼν τὴν δέλτον ἀναπτύσσει,
καὶ τοῖς γραφεῖσιν ἐντυχὼν ἀνίσταται τοῦ θρόνου,
καὶ τίθησιν ἄκυρωτα πάντα τὰ ψηφισθέντα.

1856 πτερυσθεὶς A 1868 τὸν χάρτην A

quo indicante natum esse sibi filium, graviter suspirans astrologus, artis suae peritia celebris, "quid hoc rei est?" exclamat. "dominum atque regem nobis genuisti." iam cum puer adolevisset, ac in praediis paternis degens messoribus et manipulorum colligatoribus oblectaretur, forteque panem aliquando manibus gestaret eoque vesceretur, superne delata in ipsum magno cum strepitu aquila panem eripuit, moxque complosis alis in aëra sublimis avolavit; deinde vicissim sese demittens panem ei reddidit. ad imperium ubi pervenisset, iracundus admodum erat, biliosus, et iusto quidem concitatior: sed rursus ad sese facile redibat et mitescebat. quare cum aliquando pro tribunali sederet causasque cognosceret ac multos mortales capitis damnaret, vir quidam sapiens, cui Maecenatis esset nomen, propius accedendi potestatem non habens ut Caesarem moneret (nam excludebatur ab ingenti hominum multitudine) literas quasdam in chartam perscribit, eamque deinceps obsignat. eae literae sententiam huiusmodi continebant "desine iudicem agere, carnifex." hanc chartam directo in Caesarem eiaculatur, qua conspecta et resignata, verbisque perscriptis in ea lectis, de tribunali surgit, quaeque prius erant decreta, tanquam irrita revocat.

Τούτῳ συνῆν διδάσκαλος Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος,
τὴν κλῆσιν Ἀθηνόδωρος, πάσης σοφίας πλήρης,
καὶ τρόπους ἱκανώτατος ῥυθμίζειν καὶ παιδεύειν.
οὗτος ἐρωτοκράτητον τὸν Καίσαρα γινώσκων
καὶ τὸ μὲν ὅλον πορνικόν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων χεῖρον,
P 39 ὀρεκτιῶντα γυναικῶν ἀνδράσιν ἐζευγμένων,
καὶ τοὺς ὁμόζυγας αὐτῶν ὑπηρετεῖν τῷ μύσει
δεσποτικῶς προστάττοντα καὶ τυραννικωτέρως,
ἀπάγειν τοῦτον ἔσπευδε τῆς λύσσης τῆς τοῦ πάθους.
ἐπεὶ δ' οὐ μετετίθετο Καῖσαρ τοῦ φαύλου βίου,
ὁ θαυμαστὸς καθηγητὴς τοιοῦτόν τι τεχνᾶται.
ἰδὼν ὀλοφυρόμενον ἄνθρωπον καὶ θρηνοῦντα
τῶν τῆς συγκλήτου καὶ λαμπρῶν καὶ τῶν εὐτυχεστέρων
(καὶ γὰρ αὐτῷ προστέτακτο φορείῳ καταστέγῳ
τὴν γαμετὴν ἐγκλείσασθαι καὶ τῷ κρατοῦντι πέμψαι)
B παρεγγυᾶται μὴ πενθεῖν μηδὲ βαρέως φέρειν,
αὐτὸν δ' ἀντὶ τῆς γυναικὸς ἐγκλεῖσαι τῷ φορείῳ
καὶ στεῖλαι πρὸς τὸν Καίσαρα· τοῦτο γὰρ δέον εἶναι.
καὶ μόλις μέν, συμπείθει δ' οὖν. τίνα τὰ μετὰ τοῦτο;
εἴσεισιν Ἀθηνόδωρος, εἴσεισι ξίφος φέρων.
πέμπεται πρὸς τὸν Καίσαρα σημειωθεὶς σφραγῖδι.
ὁ Καῖσαρ ὑποδέχεται, ῥήγνυσι τὰς σφραγῖδας.
ἔξεισιν Ἀθηνόδωρος τὸ ξίφος ἐπισείων.
θαμβεῖται Καῖσαρ κατιδών, τῷ δέει κρυσταλλοῦται.

1877 τῇ πράξει R   1888 εἶναι δέον AR   1889 ταῦτα RR

Habebat idem Caesar magistrum quendam secum, Alexandrinum patria, nomine Athenodorum, omni sapientia et doctrina excultum, formandorumque morum longe peritissimum. hic cum animadverteret Caesarem in libidines et scortationes propensum esse, ac praesertim in peiori delinquere, quod mulieres maritatas appeteret, earumque coniuges cogeret ut huic improbo facinori subservirent, non heriliter eis tantum imperans sed etiam more tyrannico, totus in hoc erat ut Augustum ab eo furore vitioque revocaret. cum autem Caesar vitam sceleratam missam non faceret, admirandi praeceptor ingenii quiddam tale molitur. forte plorantem ac lamentantem conspiciebat hominem senatorium, lauta fortuna, clarum. quippe mandatum ei fuerat ut in operta lectica conclusam uxorem imperatori mitteret. eum Athenodorus hortari ne ploraret neve rem illam aegro ferret animo: se tantum uxoris loco lecticae includeret Caesarique pro eius imperio mitteret. vix hoc quidem homini, sed tamen persuadet. quid inde factum? lecticam Athenodorus ingreditur gladium tenens, sigillo obsignatus ad Caesarem mittitur; Caesar lecticam accipit, sigilla revellit; exit Athenodorus gladium quatiens; Caesar eo conspecto non tantum obstupescit, verum etiam metu congelascit:

ὅρκοις αὐτὸν καταδεσμεῖ μηκέτι τοῦτο πρᾶξαι
μηδ' ἀλλοτρίαις τοῦ λοιποῦ καταχρανθῆναι κοίταις.
Οὗτος πολὺν τῷ Καίσαρι συνδιατρίψας χρόνον,
καὶ μέλλων ἀπαλλάττεσθαι πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην,
ἐπείπερ εἶδε Καίσαρα δύσοργον καὶ θυμώδη
καὶ τάχιον ἐκφέροντα τὰς κολαζούσας ψήφους, C
ταχέως δὲ τὴν τοῦ θυμοῦ πυρκαϊὰν σβεννύντα
καὶ τρόπους μεταπίπτοντα πρὸς φιλανθρωποτέρους,
κύψας αὐτοῦ πρὸς ἀκοὰς ὡς δὴ καταφιλήσων
"ὦ Καῖσαρ" ἔφη "σεβαστέ, τοῦτό σοι λείπει μόνον·
μὴ πρὶν τὰς ψήφους ἔκφερε πρὶν ἐν σαυτῷ λαλήσῃς
τὸν τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν τῶν εἴκοσι τεσσάρων."
ὁ δὲ στενάξας βύθιον καὶ πρὸς ἐκεῖνον βλέψας
"ἔτι σου χρῄζω τῆς καλῆς" ἔφη "παιδαγωγίας.
καὶ πάλιν ἔσο σὺν ἐμοί, καὶ Ῥώμη σε καθέξει."
Οὗτος ὁ Καῖσαρ ἤλαυνε τοὺς μετεωρολέσχας,
μόνους κυδαίνων τοὺς σοφοὺς τιμαῖς ταῖς προσηκούσαις.
τοσοῦτον δὲ πεφίλητο παρὰ τῶν ὑπηκόων, D
ὥστε τὸν βίον ἐκλείπειν μέλλων ἀνὴρ Ῥωμαῖος
ἐπέτρεψε τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ καὶ διαδόχοις
χαριστηρίους τοῖς θεοῖς προσενεγκεῖν θυσίας,
ὅτι, φησί, τὸν σεβαστὸν ζῶντα καταλιμπάνω.
Ὡς δὲ καὶ Καῖσαρ ἔμελλεν ἀπαίρειν τῶν ἐνθάδε,

1903 ὡς δὴ] δῆθεν R 1905 ταὐτῷ A 1909 ἔση A
1915 ἐπενεγκεῖν R

sacramentis semet obstringit, quibus nihil eiusmodi se deinceps commissurum pollicebatur, nec toros alienos amplius contaminaturum.

Cum autem longo tempore vixisset apud Caesarem Athenodorus, iamque reversurus in patriam esset, quia Caesaris iracundiam bilemque norat, quodque celeriter admodum sententias poenales ferret ac vicissim extincto iracundiae rogo ad mores humaniores rediret, admoto eius auribus capite tanquam ipsum deosculaturus "Auguste Caesar" inquit, "unum modo tibi deest. cave prius sententias tuleris, quam 24 literarum nomina tecum ipse recitaveris." tum ille gemitu ex imo corde ducto Athenodorum intuitus "adhuc" ait, "tuae praeclarae institutionis egeo. quapropter amplius apud me tibi vivendum Romaeque haerendum erit."

Hic Caesar eos profligans et eiiciens qui de rebus sublimibus et caelestibus arroganter nugantur, solos viros sapientes ac doctos honoribus afficiebat. tam carus autem subditis erat, ut Romanus quidam in fata concessurus liberis suis atque posteris mandaret ut gratiarum actionis ergo sacrificia diis offerrent, quod moriens Augustum incolumem post se relinqueret.

Caesar ipse de vita migraturus adstantibus sibi consulibus et plebeis

παραστησάμενος αὐτῷ δημότας σὺν ὑπάτοις
"πηλίνην" ἔφησεν "εὑρὼν τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν
καλλίπυργον πεποίηκα λιθίνην στερεμνίαν.
ἐπεὶ δὲ καὶ μεθίσταμαι τῆς τύρβης τῶν πραγμάτων,
κροτῆσαι βούλομαι πολλοὺς ἐπὶ τῇ τελευτῇ μου
καὶ χρήσασθαι γελοιασμοῖς καὶ κροταλίσαι χεῖρας
ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῇ γελοιαστοῦ καὶ παίκτου."
P 40 καὶ ταῦτα διετάξατο τοῦ βίου καταπαίζων.
ἐφ' ὅλοις δὲ πεντήκοντα σὺν ἓξ κρατήσας χρόνοις
τὴν ὀφειλὴν ἀπέδοτο, κατέβαλε τὸ χρέος.
Τούτου τοῦ Καίσαρος ἀρχῆς τοῖς σκήπτροις ἐφεστῶτος
ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ καὶ μὴν πρὸς τῷ δευτέρῳ
ὁ συναΐδιος πατρὶ καὶ κοσμοκτίστωρ λόγος,
εἰσδὺς νηδὺν τὴν καθαρὰν νεάνιδος ἀφθόρου,
τὴν σάρκα συνεπήξατο ταύτης ἐκ τῶν αἱμάτων,
καὶ σὺν αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ἐπέφαινεν ἀνθρώποις,
θεότητι παντέλειος καὶ φύσει βροτησίᾳ.
Τοῦ σεβαστοῦ δὲ Καίσαρος τὸν βίον ἐκλιπόντος
B ἀρχηγετεῖ Τιβέριος, ὃς τὰ μὲν πρῶτα πρᾶος
ὑπῆρχε καὶ μειλίχιος καὶ τρόπου φιλοδώρου,
ἀλλ' ὕστερον ἐξώκειλεν εἰς ἦθος μιαιφόνον
καὶ γνώμην ὑπομόχθηρον καὶ ῥυπαροψυχίαν.
ἄρτι δὲ τέως παρελθὼν ἐπὶ τὴν βασιλείαν
οὕτως ὑπερπεφίλητο τοῖς ὑπὸ χεῖρα πᾶσιν

1919 τὴν πόλιν τῶν Ῥωμαίων R   1922 καλῆς vel καλῶς M
1923 χεῖρε M   1925 διετάττετο ARR   vv. 1926-7 om RR
v. 1929 om RR   1933 ἐπέφανεν ARR

"quam luteam" inquit "inveni Romanam urbem, eam pulchris exornatam turribus lapideam firmamque reddidi. et quoniam mihi nunc e turba rerum humanarum erit excedendum, multos in obitu meo plausum edere volo ac ludos facere tanquam in mimi et ludionis obitu." quae quidem proferebat tanquam vitae mortalium illudens. cum autem totos 56 annos imperasset, naturae debitum persolvit.

Eodem Caesare potiente rerum coaeternus ille patri sermo, conditor mundi, castam incorruptae iuvenculae alvum ingressus ex eius sanguine carnem sibi compegit, cum qua inter homines conspectus est, tam divinitate quam humana natura plane perfectus.

Posteaquam vero Caesar Augustus e vivis excessisset, Tiberius ad imperium pervenit; qui ab initio quidem mitis blandus liberalis erat, sed deinceps ad sanguinarios mores, improbitatem atque sordes exorbitavit. recens autem ad imperium evectus adeo subditis omnibus carus erat, ut absque satellitio custodiaque corporis tam noctu quam interdiu, quocunque vellet, iret. quos urbium praetores vel tributorum exactores con-

ὡς φυλακῆς τε καὶ φρουρᾶς καὶ δορυφόρων ἄτερ
βαδίζειν ὅπου δή ποτε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.
εἰ δέ τισιν ἐπέτρεψε πόλεως στρατηγίαν
ἢ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν, οὐκ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ
ἐκ τῆς ἀρχῆς παρέλυε καὶ τῆς ἡγεμονίας,
ἐκεῖνο τὸ θρυλούμενον λέγων τοῖς ἐρωτῶσιν.
ἄνθρωπος ἦν κατάνοσος, τοὺς πόδας ἡλκωμένος·
ἰχώρων πέπλητο πολλῶν δυσόδμων δυσιάτων.
αἱ μυῖαι κατεχόρευον ἐκείνου τῶν τραυμάτων, C
τὰς σηπεδόνας ἔβδαλλον, ἐμύζων τοὺς ἰχῶρας.
ὀδύναις δὲ βαλλόμενος καὶ τληπαθῶν ὁ κάμνων
οὐκ ἀπεσόβει τὰς δεινὰς καὶ θρασυτάτας μυίας.
ὡς δέ τις κατῳκτείρησεν ἐπικαμφθεὶς τῷ πάθει
καὶ τὰς δὴ μυίας ἔμελλεν ἐκεῖθεν ἐκδιώκειν,
ὁ πάσχων ἀνεβόησεν "ἄνθρωπε, ταύτας ἄφες,
μή πως αὐτῶν διωχθεισῶν ἄλγος μοι προξενήσῃς·
αἱ μὲν γὰρ κορεσθεῖσαί μου μελῶν τῶν σεσηπότων
βραχέα με λυπήσουσιν, ἂν δ' ἐπιπτῶσιν ἄλλαι,
προσφῦσαι βιαιότερον εἰς πλέον πικρανοῦσι."
ταῦτ' ἔλεγε Τιβέριος περὶ τῶν φορολόγων,
χρονίζειν λέγων δεῖν αὐτούς, ὡς κόρον ἐσχηκότας D
πρᾳότερον προσφέρεσθαι τοῖς φορολογουμένοις.
εἰ δέ τινα κατέμαθε τῶν εἰσπραττόντων φόρους
εἰς πλέον ἐκφερόμενον τοῦ διατεταγμένου
καὶ χρηματίζοντα βαρὺν καὶ πέρα τοῦ μετρίου,

1946 παρέλησε A 1959 βραχέως M λυπήσωσιν ARR ἐπιπταίεν M 1963 προσφέροιντο ARR 1965 πλεῖον M 1966 τοῦ μετρίου πέρα R

stituebat, ab iis officiis intra breve tempus non removebat, causam rei sciscitantibus notum illud ac pervulgatum respondens, hominem videlicet aegrotum fuisse, cui pedes exulcerati essent, multis humoribus foetidis et sanatu difficilibus referto. in eius ulcera muscas involare solitas, ac putredines illas exhaurire. quae res tametsi dolorem aegrotanti afferret, non tamen eum molestas illas et audaces admodum muscas abegisse. cum autem misericordia quidam motus ob viri calamitatem muscas abigere vellet, aegrotum exclamasse "missas illas fac quaeso, mi homo, ne abactis iis doloris mihi maioris auctor sis. nam istae de membris meis putribus satiatae parum mihi molestiae sunt amplius exhibiturae: sin autem aliae advolarint, violentius adhaerendo magis me cruciabunt." haec de publicanis dicere Tiberius solebat, monens ut diutius tolerentur, quo tandem satiati benignius illos tractant a quibus exigenda sint tributa. quodsi quem publicanum accepisset modum sibi praescriptum excessisse, ita ut gravis

κολάσεσιν ὑπέβαλεν αὐτὸν ἀλγεινοτέραις,
ἀναβοῶν καὶ κεκραγὼς ἑτέραν παροιμίαν
"τὸν πόκον περικείρεσθαι βούλομαι τῶν προβάτων,
ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι δυσμενῶς μέχρις ἐπιδερμίδος."
τοιοῦτος ἦν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' οὐχὶ μέχρι τέλους·
καὶ γὰρ ἐκόλαζε πικρῶς πολλοὺς τῶν ἀναιτίων,
ἀσυμπαθῶς μιαιφονῶν, καὶ τόσον ἐμισήθη
ὡς ὀνομάζεσθαι πηλὸς αἵματι πεφυρμένος.
P 41 ἄνδρα καὶ γὰρ ὑπατικὸν καὶ τῶν εὐγενεστέρων
τὴν κεφαλὴν ἀφείλετο καὶ σὺν αὐτῇ τὸν πλοῦτον,
τοῦτο καὶ μόνον ἐπειπών, ὅτι τὸ νόμισμά μου
φέρων ἐπικολπίδιον καὶ ῥυπαροὺς εἰς τόπους
καὶ σκυβαλώδεις παρελθὼν βάρος γαστρὸς ἐκένου.
Τοῦ Τιβερίου τούτου δὲ κατάρχοντος Ῥωμαίων
τὸν Ἰησοῦν μου τὸν γλυκύν, τὸν τῆς ζωῆς ταμίαν,
ἐπὶ σταυροῦ καθήλωσαν Ἑβραῖοι καὶ Πιλᾶτος.
μετὰ δὲ τὴν καθαίρεσιν τοῦ στυγητοῦ θανάτου
καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μνήματος ἐξέγερσιν τοῦ κτίστου
καὶ μετὰ τὴν ἐνσώματον ἔπαρσιν ἐκ τῶν κάτω
μέχρι καὶ Ῥώμης ἔδραμε Μαγδαληνὴ Μαρία
B τῇ γλώσσῃ κατατρέχουσα τῶν παρηνομηκότων,
καὶ Τιβερίῳ τὸν θυμὸν τοσοῦτον ὑπανῆψεν
ὡς βαρυτάτῳ καὶ πικρῷ πάντας κολάσαι πότμῳ
τοὺς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Πιλᾶτον.

1970 ἄχρις AR 1972 ἐναντίων M 1980 Ῥωμαίοις A
1987 καταλέγουσα M 1988 ἐκανῆψεν R 1989 δεινῷ AR

esse subditis perhiberetur, suppliciis hominem multabat, tritum illud proverbium adiiciens "volo vos ovium lanas detondere, non eas ad cutem usque deglubere," talem igitur ab initio se gerebat, sed in eo proposito nequaquam perstitit. nam deinceps durior factus acerbe puniebat etiam insontes, citra commiserationem ullam se caedibus polluens. unde tantum contra se odium excitavit ut vulgo lutum sanguine mistum appellaretur. non dubitavit aliquando virum consularem et nobilem interficere ac facultates eius diripere, solam hanc causam afferens, quod Tiberii numisma in sinu gestans accessisset ad foeda stercoreaque loca ibique ventris onus evacuasset.

Hoc Tiberio Romanis imperante dulcem Iesum meum, vitae largitorem, Hebraei et Pilatus cruci affixerunt. post devictam vero mortem illam exsecrabilem, cum hic rerum opifex e sepulcro resurrexisset deque locis inferis corpore suo sublatus in caelum esset, Maria Magdalena Romam usque cucurrit, et sceleratis illis accusatis tantopere Tiberium ad iram commovit ut omnes gravi acerbaque morte multaret.

Ὡς δέ ποτε Τιβέριος ἡρπάγη τῷ θανάτῳ,
ἐν ἔτεσιν πρὸς τοῖς τρισὶν εἴκοσι βασιλεύσας,
εἰς Γάϊον μετέπεσε τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος,
θυγατριδοῦν ὑπάρχοντα Καίσαρος Τιβερίου·
ὃς ὢν καὶ ῥυπαρόβιος καὶ φονικὸς τὸν τρόπον
παρθένους διεκόρησε γνησίας αὐθομαίμους,
ἔπαιζε δὲ σὺν κυβευταῖς ἄχρι τοῦ περιόρθρου.
σὺν τοῖς συμπόταις δέ ποτε κυβεύων ἐν Γαλλίαις
καὶ δυσκληρῶν καὶ δυσπραγῶν ἐν τῷ παιγνίῳ τούτῳ,
καὶ τὸν θησαυροφύλακα βλέψας βαρυθυμοῦντα C
ὅτι τὸ πᾶν κεκένωτο τοῦ θησαυροῦ χρυσίον,
ἐξαναστὰς ἐκέλευσεν ἐκθερισθῆναι ξίφει
πολλοὺς χρυσίῳ βρίθοντας, εὐθηνουμένους πλούτῳ.
ἐκεῖθεν οὖν μετήντλησεν ὅλας χρυσίου λίμνας.
οὗτος ἰδών ποτε πηλὸν ἐν στενωπῷ τῆς Ῥώμης
κόλποις Οὐεσπασιανοῦ τοῦ στρατηγικωτάτου
βληθήσεσθαι προσέταξεν· ἦν γὰρ ἀγορανόμος.
Ὡς δ' ἀπεσφάγη Γάϊος ἐν μέσοις ἀνακτόροις,
ἰθύνας τὸ βασίλειον τέσσαρσι χρόνοις κράτος,
ὁ Κλαύδιος ἡγήσατο παραλαβὼν τὸ κράτος·
ὃς οὕτω δειλοκάρδιος καὶ τρομερὸς ὑπῆρχεν
ὡς τοὺς φοιτῶντας παρ' αὐτὸν ἀνερευνᾶν προστάττειν,
μήπως ἐπικολπίδιον τύχοι τις κρύπτων ξίφος. D
εἰ δέ ποτε συμπόσιον γηθόσυνον συνίστη,
περιεστήκεισαν αὐτὸν ὁπλῖται δορυφόροι.

2000 βλέπων RR 2005 ῥύμης MR v. 2008 om R, 2009 om RR. hunc vulgo post 2004 ponunt. 2012 πρὸς AR

Cum autem Tiberius in fata concessisset, imperio per 23 annos administrato, Gaius rerum potitus est, Tiberii Caesaris e filia nepos; qui cum foedam vitam ageret caedibusque gauderet, etiam germanis sororibus suis adhuc virginibus vitium obtulit. solebat et cum aleatoribus ad auroram usque ludere. cumque accideret aliquando in Galliis ut cum quibusdam convivis aleam exerceret infelici conatu, thesaurique praefectum eo nomine tristem videret, exhaustis omnibus in aerario pecuniis, de convivio surgens interfici quosdam opulentos iussit, eoque pacto tantum non stagna quaedam auri consecutus est. quodam tempore lutum Romae in angiporto conspicatus mandavit ut illud in Vespasiani, qui tum aedilis erat, sinum coniiceretur.

Interfecto autem in regia Gaio post annum regni quartum, Claudius sceptris in se translatis imperio potitus est. erat is adeo formidelosus atque trepidus, ut accedentes ad se perquiri vellet num quis forte gladium in sinu abditum gestaret. quodsi convivium celebrare sui exhilarandi causa vellet, armati milites et satellites circumstabant. cum autem

κρατήσας δὲ τρισκαίδεκα τῆς βασιλείας ἔτη
Κλαύδιος ὁ δειλότατος φαρμάκοις ἀναιρεῖται.
Κλαυδίου φαρμαχθέντος δὲ Νέρων ὁ μητροκτόνος
παρεισεφθάρη κάκιστα τοῖς τῶν Ῥωμαίων σκήπτροις.
ἦν δ' ἀσελγὴς καὶ βδελυρὸς καὶ πλήρης ἀσωτείας,
ἥττων γαστρὸς καὶ τῶν γαστρός, φίλοινος, φιλοπότης.
οὗτος πολλοὺς ὑπήγαγε θανάτοις πικροτάτοις,
καὶ τὴν μητέρα σὺν αὐτοῖς, εἴποι τις ἂν δικαίως
ὅτι κακὸν εἰσήνεγκε τοιοῦτον τοῖς ἐν βίῳ.
ἐπικατέθυσε δ' αὐτῇ καὶ τὴν ὁμοζυγοῦσαν,
P 42 κακοῖς δ' ἐπαύξων τὰ κακά, καὶ προστιθεὶς κακίω,
εὐνούχῳ προσηρμόσατο πρὸς λέχους κοινωνίαν.
ἔχαιρε δὲ κιθαρῳδοῖς καὶ γυναιξὶ παιστρίαις,
καὶ πᾶν κακὸν καὶ πᾶν αἰσχρὸν ἀρρητουργῶν ἐπλήρου
σὺν ὀρχησταῖς, γελωτασταῖς, μίμοις, ἁρματοστρόφοις.
τότε καὶ Πάρθοι τὴν ἀρχὴν τῆς Περσικῆς ἰσχύος
εἰς ἑαυτοὺς παρέσπασαν, Πέρσας δεδουλωκότες.
ὡς δὲ πολλοὺς ὁ μυσαρὸς Νέρων ἐδίδου ξίφει,
ὡς ἀκροχάλιξ, ὡς ὑγρὸς χοῖρος ἀκρατοπότης,
ὑπὸ παντὸς μεμίσητο τοῦ πλήθους μῖσος ἄκρον,
R καὶ πάντες ἀπεστρέφοντο καὶ τὴν ἐκείνου θέαν·
αἰσχρὸν γὰρ σύμπαν ἔπραττεν ἐν μέσοις τοῖς θεάτροις.

v. 2016 om R δισκαίδεκα R v. 2017 om RR 2023 τὴν αὐτοῦ R 2025 ἐπεὶ κατέθυσεν αὐτὴν R 2027 εὐνοῦχον ARR γάμου R 2029 ἐτέλει ARR 2033 ῥυπαρὸς AR 2034 ὡς χοῖρος ἀκροπότης M 2037 ἅπαν R

annos tredecim exegisset in imperio, vir timidissimus veneno sublatus est.

Atque ita Claudio per veneficium interempto, Nero parricida nequissime Romanum imperium in se transtulit. erat ille lascivus, impurus, luxuriae plenus, gulae ventrique deditus, vinosus. multos acerbissimis suppliciis affecit, inter quos et mater ipsius fuit; quam fortasse quis non immerito caesam dixerit, quod tam improbum mortalibus principem enixa fuerit. parricidio autem coniugis quoque mactationem adiecit. cumque mala malis et quidem foedioribus cumularet, cubicularium quendam suum coniugio sibi copulavit. delectabatur et citharoedis, iisque mulierculis quae risum concitant, et cum saltatoribus ludionibus mimis cantoribus omne facinus improbum perpetrabat, nec ab ulla turpitudine abstinebat. id temporis etiam Parthi Persicum regnum ad se traduxerunt, Persis in servitutem redactis. cum autem impurus hic Nero multos gladio sustulisset, homo nimirum porco similis et merum intemperanter ingurgitans, acerrimum omnium ordinum odium contra se concitavit, adeo quidem ut eius conspectum quoque nemo non aversaretur. nam foedissima quaeque

μὴ τοίνυν ἀνεχόμενοι Ῥωμαῖοι ταῦτα βλέπειν,
μηδὲ δουλεύειν φέροντες ἡνιοστρόφῳ μίμῳ,
ἐπῆλθον ἀναιρήσοντες. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ Νέρων
αὐτὸν διεχειρίσατο, τοῦτ' ἐπειπὼν ἐν τέλει
"οἷον, ὦ Ζεῦ, κιθαρῳδὸν ὁ βίος ζημιοῦται!"
ἔτη κρατήσας τέσσαρα πρὸς πληρεστάτοις δέκα.
Γάλβας κατῆρξε μετ' αὐτόν, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὄθων,
ὁ μὲν ἑπτὰ γευσάμενος μῆνας τοῦ κράτους μόνον,
ὁ δ' οὐδὲ πλέον τῶν τριῶν μηνῶν σκηπτροκρατήσας.
καὶ μετ' αὐτῶν Βιτέλλιος, ὃς τοῖς ἀστερολέσχαις
κηρύγματα προστέθεικε φεύγειν ἐξ Ἰταλίας·
οἱ δ' ἀντιπροτεθείκασι "φεῦγε τοῦ βίου, Καῖσαρ,"
καὶ τὴν ἡμέραν γράψαντες καθ' ἣν ἀποκτανθείη· C
μῆνας ὀκτὼ κρατήσας γὰρ ἔργον μαχαίρας ὤφθη.
Τούτων λιπόντων τὴν ἀρχὴν καὶ σὺν αὐτῇ τὸν βίον
στρατὸς Οὐεσπασιανῷ ψηφίζεται τὸ κράτος,
τὸ κάλλος περικείροντι τῆς Ἰουδαίας τότε.
κἀκεῖνος μὲν ἀπῴχετο ναυστοληθεὶς πρὸς Ῥώμην,
τὸν δὲ γενναιοκάρδιον υἱὸν αὐτοῦ τὸν Τῖτον
Ἱερουσαλὴμ πολιορκεῖν ἀφῆκε σὺν δυνάμει,
ἀναγορεύσας Καίσαρα διάδοχον τοῦ κράτους·
ὃς μετὰ μόχθους ἱκανοὺς καὶ τὰς ἀνδροκτασίας
καὶ τὰς θαλάσσας τῶν συγχῶν αἱμάτων καὶ τοὺς φόνους,
ὑφ' ὧν κατηρυθρώθησαν Σιὼν αἱ πεδιάδες

2039 ἡνιοστροφουμένῳ M 2040 εἰσῆλθον M v. 2043 om. R 2047 αὐτοῦ RR, αὐτοὺς A v. 2051 om. RR 2053 στρατὸς τῷ Οὐεσπ M

media in aula designabat. quapropter Romani, qui haec amplius intueri non possent nec aurigae ac mimo servire vellent, invadunt hominem tanquam interfecturi; quo ille cognito manus ipsemet sibi attulit, his ad extremum verbis pronuntiatis "qualem, o Iuppiter, citharoedum mortales amittunt."

Post Neronem Galba imperio potitus est, post Galbam Otho, post utrumque Vitellius; qui edictis propositis astrologos Italia iussit excedere. illi vero scriptis vicissim propositis responderunt "tu vita, Caesar, excedito." simul ipsum diem indicarunt quo interficiendus esset. itaque mensibus octo rerum potitus gladio caesus periit.

Posteaquam hi et imperandi et vivendi finem fecissent, exercitus Vespasianum imperatorem renuntiarunt, qui tum temporis Iudaeam excindebat. itaque Romam ille cum classe profectus est, magnanimo filio suo Tito cum copiis ad expugnandam Hierosolymam relicto, cum Caesarem ac imperii successorem illum designasset. ab eo post magnos labores caedes quasique maris in morem effusos cruores, quibus campi Sio-

D καὶ δόρατα γεγόνασι λυθρόφυρτα καὶ ξίφη,
ἀσπίδες αἱμοφόρυκτοι, φονοσταγεῖς παλάμαι,
τέλος περιγενόμενος πόλεως τῆς ὀλβίας
τὰς ὀχυρὰς οἰκοδομὰς καὶ πύργους τοὺς εὐπύργους
πυριφλεγεῖς πεποίηκε καὶ τὸν ναὸν καθεῖλε,
πολλὰ πολλάκις ἐπ' αὐτῷ στενάξας καὶ δακρύσας,
καὶ πόλιν τὴν περικαλλῆ τὴν μυριανδρουμένην
ἠσβολωμένην τέθεικε, καπνῷ μεμορυγμένην,
ὡς περιστῆναι τὴν πολλὴν ἐκείνην εὐανδρίαν
εἰς ἄπορον καὶ Σκυθικήν, ὅ φασιν, ἐρημίαν.
παρέτου γενομένου δὲ τοῦ κράτορος ἐκ γήρους
καὶ νόσῳ καταλύσαντος τὸν βίον καὶ τὸ κράτος,
ἔτεσι βασιλεύσαντος οὐ πλείω τῶν ἐννέα,
P 43 Τῖτος παρῆλθεν εἰς αὐτό, θεῖος ἀνὴρ καὶ πρᾶος,
ἀνὴρ φιλοδωρότατος, προετικὸς χρημάτων,
καὶ τῆς ἀρχῆς κατάξιος καὶ τῆς ἡγεμονίας,
κἂν ἦσαν ἄλλαι πλείονες ἀρχαὶ καὶ βασιλεῖαι,
καὶ ταύτας ὢν ἐπάξιος διέπειν καὶ συνέχειν.
τούτου τὸ περιλάλητον καὶ θαυμαστὸν ἐκεῖνο
"οὐκ ἐγενόμην βασιλεὺς τήμερον οὐδὲ κράτωρ·
οὐδένα γὰρ κατήντλησα ῥείθροις εὐεργεσίας."
τούτου τὸ πολυύμνητον ἐκεῖνο καὶ γενναῖον
"οὐ χρὴ τὸν θεασάμενον πρόσωπον βασιλέως
παλιννοστεῖν περίλυπον ἐν σκυθρωποῖς προσώποις."
ἀλλ' ἔφθη προαρπάσασα νόσος ἡ παλαμναία

2062 λιθόστρακτα R. an λυθρόστακτα? 2068 τὴν μ.] καὶ μ. AR v. 2076 om. M παρεκτικὸς R 2081 σήμερον R

nis rubefacti sunt, hastarum gladiorumque vibrationibus respersi, tandem urbs opulenta beataque in potestatem redacta est, munita aedificia, cum turribus egregiis igne concremata, templum ipsum deletum; cuius nomine saepenumero Titus ingemiscebat et illacrimabat. hoc modo urbem pulcherrimam et populosissimam in fumum atque cineres redegit, ita ut habitatoribus antea frequens deinceps in miseram tristemque solitudinem commutaretur. cum autem Vespasianus imperator senio morboque confectus e rebus humanis excessisset, annis in imperio non amplius novem exactis, successit ei Titus filius, vir plane divinus, mitis, liberalissimus, opum dissipator, imperio dignus, immo dignus qui plura etiam imperia, si quidem exstitissent, administraret ac tutaretur. eius est vox illa celebris et admiranda "imperator hodie non fui, quia neminem beneficio affeci." eiusdem et altera vox valde laudata viroque generoso digna, cum diceret eum qui faciem imperatoris intueatur, tristi vultu ab eo discedere non debere. sed enim morbus letalis ante hominem elegan-

πρὸ χρόνου τὸν πανδέξιον, κρατήσαντ᾽ ἔτη δύο. B
τροχοῦ δ᾽ ἡ ἄστατος φορὰ καὶ ὁ πεττὸς τῆς τύχης
κακῶς τῷ Δομετιανῷ τὸ κράτος ἐγχειρίζει,
φυέντι μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν σπερμάτων ἐξ ὧν Τῖτος,
οὐδὲν δὲ φέροντι κοινὸν οὐδ᾽ ἀδελφὸν πρὸς Τῖτον,
ὡς εἶναι τὸ θρυλούμενον πανάληθες ἐκεῖνο
"ἀμὶς καὶ ποτιστήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλου,
ποδονιπτὴρ καὶ κύπελλον ἐκ τῶν αὐτῶν χωμάτων."
ἦν γὰρ ἐρασιχρήματος, κάπηλος τῶν πραγμάτων,
διψῶν αἱμάτων καὶ σφαγῶν, μάγειρος τῶν ἀνθρώπων,
κρεανομῶν ἀσυμπαθῶς, βρυχώμενος ὡς λέων.
τούτῳ προεῖπέ τις σοφὸς ἀνὴρ ἀστερολέσχης C
πότε καὶ πῶς τεθνήξεται, τίς μετ᾽ αὐτὸν κατάρξει·
ὁ δὲ παραστησάμενος ἐγγὺς τὸν ἀστρολόγον
"σοί δ'" "ἔφη πόσος, ἄνθρωπε, ζωῆς ἐστὶν ὁ χρόνος;
καὶ πῶς καὶ πότε τελευτᾷς, καὶ ποῖόν σοι τὸ τέλος;"
ἐκείνου δὲ λαλήσαντος τρανῶς καὶ φιλαλήθως
ἅπερ αὐτὸν ἐδίδασκεν ὁ τῶν ἀστέρων δρόμος,
ὁ βασιλεὺς φενακιστὴν θέλων αὐτὸν ἐλέγξαι
πυρὰν κελεύει λιπαρᾶς ἐξ ὕλης ἀναφθῆναι,
καὶ πεδηθέντα κραταιῶς τὸν μετεωρολέσχην
ἀκοντισθῆναι κατ᾽ αὐτῆς περιηγκωνισμένον.

2091 κοινὸν ἀδελφικὸν R vv. 2092-3 apud Michaelem Glycam legi (p. 445 20-1) monet Meursius. v. 2094 om. RR; cf. 6027. 2095 ἐρατοχρήματος R 2098 ἀνὴρ σοφὸς R 2099 κρατήσει M 2101 δ᾽ ἄνθρωπέ φησι πόσος ἐστὶ ζωῆς R 2102 σου M 2104 ὁ δρόμος τῶν ἀστέρων R, ὁ χρόνος τῶν ἀστέρων AM 2106 λιπαρᾶν MRR

tissimum abripuit quam biennium imperasset; ac instabilis rotae cursus cum alea fortunae Domitiano imperium male detulit. erat is quidem natus iisdem parentibus quibus et Titus: sed nihil cum Tito commune ac germanum habebat. quo factum ut verbum illud vulgo tritum in his verum esset "matula et poculum ex eodem vitro." quippe Domitianus avarus erat et quasi caupo quidam pecuniarum sanguinis et caedium avidus, hominum coquus, citra commiserationem carnibus humanis dilaniandis deditus, leonis in morem rugiens. praedixit ei quidam vir doctus et cursus siderum peritus, quando et quo pacto periturus esset et quis ei successurus. ille vero arcessito ad se astrologo "at tibi," ait "quantum restare temporis ad vivendum existimas, homo? quove pacto, et quando morieris? quem habebis exitum vitae?" de quibus ille cum recte ac vere disseruisset ut ex astrorum motu edoctus erat, imperator hominem convincere volens tanquam impostorem, rogum ex materie pingui structum accendi iubet, astrologumque firmiter colligatum constrictis brachiis in

ἀνῆπτο μὲν ἡ κάμινος, ἤρετο μεταρσία
ἡ φλόξ, ἠπείλει φοβερόν, ἐφόβει καὶ μακρόθεν·
φρικῶδες ἔβρεμε τὸ πῦρ, ἀέρα περιήχει·
ὁ δ' ἀστρολόγος πεδηθεὶς ἔκειτο μηδὲν πτήξας.
τί μετὰ ταῦτα τὸ συμβάν; ἐπήρθη ποθὲν νέφος,
τὸν οὐρανὸν ἠμαύρωσεν, ἠχλύωσεν ἀέρα.
D ζοφῶδες ἦν, μελάντερον, κάθυγρον, ὀμβροφόρον·
εἴκασεν ἄν τις ποταμοὺς ἐγκυμονεῖν ὑδάτων.
ἐντεῦθεν ῥήγνυται βροντὴ καὶ μυκηθμὸς ἠχεῖται,
καὶ πάντες ἦσαν ἐκποδών, ἔφευγον ἀνὰ κράτος,
ὁ βασιλεύς, οἱ θεαταί, δημόται, δορυφόροι,
τὴν κάμινον οἱ τρέφοντες οἱ δήμιοι. καὶ τέλος
ὄμβρος πολὺς καταρραγεὶς τὸ πῦρ ἀποσβεννύει,
καὶ κύνες ἐπελάσαντες καὶ τοὺς δεσμοὺς φαγόντες
P 44 τὸν ἀστρολέσχην λύουσι πολλὰ θεοκλυτοῦντα.
καὶ ταῦτα μὲν τετέλεστο περὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον·
αὐτὸς δὲ μέλλων τελευτᾶν ὁ θὴρ ὁ θυμολέων
ἐν ὕπνοις βλέπειν ἔδοξεν ὡς ἵππου μελαντέρου
βασιλικῶς ἐπέβαινε κατάφρακτος ὢν ὅπλοις,
ἀπορρυέντων δ' ἀπ' αὐτοῦ τῶν ὅπλων αὐτομάτως
εἰς χάσμα γῆς καὶ βόθυνον ἀθλίως κατηνέχθη
αὐτῷ σὺν ἵππῳ καὶ στολῇ, καὶ τέλος ἠφαντώθη.
Καὶ τοίνυν τούτου τὴν ψυχὴν ἐκρήξαντος βιαίως,

2112 καταπτήξας AMR 2116 ποταμὸν M 2127 ὢν] τοῖς M

illum abiici. posteaquam rogo subiectus fuisset ignis iamque sursum is se tolleret, terribile quiddam homini flamma minabatur ex longo etiam intervallo; formidabiliter ignis crepitabat, et aëra collustrabat undique, cum interim astrologus ita colligatus, ut diximus, in magna consternatione iaceret. quid quaeso deinceps accidit? nubes alicunde quaedam orta caelum obduxit et aëra totum obscuravit. erat enim illa caliginosa nigra humida, imbremque secum ferebat: existimasset aliquis eam quasi quaedam aquarum flumina parturire. secuta sunt tonitrua, et mugitus quidam auditus est. tum vero universi semet in fugam coniicere, imperator, spectatores, vulgus hominum, satellites, ii qui caminum materie suggesta inflammabant, ipsi denique carnifices. ad extremum imber maximus de caelo lapsus ignem exstinxit, canesque supervenientes arrosis vinculis astrologum opem divinam assiduo implorantem liberarunt. eiusmodi quiddam huic viro contigit. ipsa vero bellua, leonina ferocia praedita, cum vivendi finem factura esset, per quietem videre visa est se ornatu imperatorio vestitam ascendere nigrum in equum, armis undique munitam, quae cum casu quodam amisisset, in hiatu terrae praecipitari se misere putabat una cum equo et amictu, tandemque prorsus evanescere.
Posteaquam Domitianus morte violenta decessisset, exactis in impe-

ἐν ἔτεσι κρατήσαντος πέντε σὺν ἄλλοις δέκα,
Νερούας τὰ βασίλεια σκῆπτρα παραλαμβάνει,
χρηστὸς ἀνήρ, ἐπιεικής, κῆπος πολλῶν χαρίτων,
ὃς μυσαχθεὶς τὴν ἐκτομὴν τῶν ἀνδρικῶν κυλίνδρων B
οὐ συνεχώρει γίνεσθαι Ῥωμαίους ἐκτομίας,
ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτέμνοντας ἀπήλαυνε κολάζων.
καὶ τοῖς ἐν τέλει συνεχῶς ἐδίδου γυμνὰ ξίφη,
τὸ μὲν δοκεῖν, ὡς βλέψαιεν εἰ τμητικὰ τὰ ξίφη,
τὸ δ' ἀληθές, μὴ δεδοικὼς ἂν παραυτίκα θάνῃ·
οὐδὲν γὰρ ἔλεγε κακὸν αὐτῷ συνεγνωκέναι.
Ἀλλὰ καὶ τοῦτον θάνατος ταχέως ἀφαρπάσας,
κρατήσαντα πρὸς τέσσαρσι μησὶ καὶ χρόνον ἕνα,
Τραϊανὸν κατέστησεν ἐν αὐτοκρατορίᾳ,
ἄνδρα στρατηγικώτατον, μυριονικηφόρον,
καρτερικόν, εὐκάρδιον, γενναῖον, μενεμάχον,
τὰς κρίσεις ἀρρεπέστατον ζυγὸν δικαιοσύνης. C
οὗτος Κελτῶν συνέκαμψε τοὺς ἀκαμπεῖς τραχήλους,
οὗτος ὁρμὰς ἀνέκοψε Πάρθων φιλοπολέμων.
τότε καὶ γὰρ εἰς πλατυσμὸν ἐληλακότες οὗτοι
πάντας κατενεμήσαντο τοὺς τῆς Ἀσίας ὅρους,
καὶ πάσης γῆς κατέδραμον κτείνοντες πυρπολοῦντες,
καὶ τὰς αὐλαίας ἔπηξαν ἕως Εὐφράτου ῥείθρων.
ταῦτα δὲ γνοὺς Τραϊανὸς ἄρτι τετολμημένα,

2133 ὁ *νέρβας* A 2139 *βλέψοιεν* R 2140 *θάνοι* R 2144 *τὸν τραϊανὸν* A 2146 *μονομάχον* MRR 2147 *τάς*] *εἰς* MR 2148 *Γετῶν* RR

rio 15 annis, Nerva sceptris potitus est, vir bonus, mitis, multarum gratiarum quasi quidam hortus. is cum vehementer odisset castrationes hominum, Romanis testes exscindi vetuit et exscindentes multatos in exsilium egit. saepenumero magistratibus enses nudos porrigebat, in speciem quidem ut explorarent eorum acumen, sed revera ut demonstraret nequaquam se formidare ne subito interficeretur, cum quidem diceret nullius se sibi facinoris esse conscium.

Ubi mors hunc quoque celeriter abripuisset post annum imperii primum et menses quattuor, Traianus eidem successit, vir rei militaris peritissimus, sexcentis potitus victoriis, fortis magnanimus generosus, duellis ausus cum hoste congredi, incorrupta in iudiciis statera iustitiae. hic cervices Celtarum, quae antea flecti non poterant, flexit: hic bellicosorum Parthorum impetus repressit, qui hoc tempore longe lateque diffusi universos Asiae fines populabantur, excurrebant undique, caedes perpetrabant, flammis absumebant omnia, castris ad ipsum Euphratem promotis. ea cum ab ipsis designata Traianus accepisset, quaeque foret

καὶ τῆς ὁρμῆς τῆς Παρθικῆς ἀναμαθὼν τὸ θράσος,
ἀπ' ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα γῆς ὀξέως μεταβαίνει,
καὶ συμπλακεὶς καὶ τὰς αὐτῶν ῥήξας φαλαγγαρχίας,
D *καὶ πεδιάδας τὰς ἐκεῖ δείξας σωματοστρώτους,*
τοῖς ὅροις κατηνάγκασεν ἐμμένειν τοῖς ἰδίοις,
καὶ Πάρθων τὰ σχοινίσματα συστείλας καὶ στενώσας
καλλίνικος ἀνέζευξε, τὴν νίκην ἑορτάζων.
οὗτος συνήλγει πάσχουσι, συνέκαμνε πονοῦσι,
τοῖς ξένοις ἐπεκάμπτετο, φίλους παρεμυθεῖτο,
ἀνεξικάκως ἔφερεν ἅπασαν λοιδορίαν,
δεῖν ἐξισοῦσθαι τῷ θεῷ λέγων τὸν βασιλέα
καὶ στόματος ἀνέχεσθαι λοιδόρου καὶ βλασφήμου.
παρούσης δὲ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων
ξίφος γυμνώσας δέδωκεν ἐπάρχῳ τῷ τῆς Ῥώμης,
"δέξαι τὸ ξίφος" ἐπειπών, "κἂν μὲν ἀδίκως ἄρχω,
P 45 *χρῆσαι τῷ ξίφει κατ' ἐμοῦ, μὴ φείσῃ τῆς ζωῆς μου·*
εἰ δὲ νομίμως καὶ καλῶς καὶ μετ' εὐθυδικίας,
ὑπὲρ ἐμοῦ γενέσθω σοι τὸ ξίφος ἐκδικοῦν με."
Ἀλλ' οὗτος μὲν ἐξέλιπε πολλαῖς ἐμπρέψας νίκαις,
χρόνοις ἐννέα σὺν ἑπτὰ μησὶν ἡγεμονεύσας,
Ἀδριανῷ δὲ τῷ γαμβρῷ κατέλιπε τὸ κράτος.
οὗτος ταῖς βίβλοις ἔχαιρε καὶ λόγοις ἐνετρύφα,

2156 *ὀξέως*] *ὀτρύζει* M 2161 *ἀνέταξε* M 2162 *νοσοῦσι* ARR 2169 *κἂν μὴ νομίμως* AR 2174 *πρὸς* RR 2176 *τοῖς λόγοις ἔχαιρε καὶ βίβλοις* R

impetus Parthici audacia cognovisset, ab extremis terrae finibus ad extremitates eis oppositas celeriter sese contulit, manum cum hoste conseruit, phalanges adversas perrupit, planities eorum locorum cadaveribus constravit, Parthos intra limites suos manere coëgit, eisque non parum artatis ad triumphum parta insigni victoria domum reversus est. sic a natura comparatus erat ut afflictis condoleret, aegrotantium miseriis afficeretur, in extraneos benignus esset, amicos solaretur, toleranter quaevis convicia ferret, cum quidem diceret imperatorem deo similem esse debere atque oris maledici petulantiam commode perpeti. gladium evaginatum in senatus et magistratuum praesentia Romanae urbis praefecto cum verbis huiusmodi tradidit "accipe gladium hunc, et si quidem iniuste me in imperio gessero, contra me ipsum illo utere nec vitae meae parcito: sin legitime, recte iusteque imperavero, pro defensione mei traditum tibi putato."

Mortuus est Traianus multis ornatus victoriis, cum imperio per annos novem et septem menses praefuisset, Adriano genero successore designato. delectabatur ille libris, ac voluptatem ex doctrinarum studiis

καὶ πάντας οὓς ἐγίνωσκε θεραπευτὰς τοῦ λόγου
μεγαλοδώροις δωρεαῖς συχνῶς ἐδεξιοῦτο.
ἄνδρας δ' ἐπήγετο σοφοὺς αὐτῷ συνεπομένους
ἐν στρατοπέδοις, ἐν σχολαῖς, ἐν πάσαις ἐκδημίαις,
καὶ πᾶσαν γῆν ἐπίανεν ἀφθόνοις χορηγίαις.
πᾶσιν οὖν ἦν τρισέραστος, καὶ βουλευταῖς καὶ δήμῳ.
οὗτος τοὺς κακογνώμονας Ἑβραίους ἀποστάντας B
καὶ ζεύγλην ἐκλακτίσαντας Ῥωμαϊκῆς ἰσχύος
ἐπιστρατεύσας κατ' αὐτῶν ἀπώλεσεν εἰς τέλος,
λιμῷ καὶ ξίφει καὶ πυρὶ πάντας ἐκτρίψας ἄρδην.
καὶ πόλιν Ἱερουσαλὴμ ἐκ βάθρων ἀνασκάψας
Αἰλίαν μετωνόμασεν ὡς δυστυχῆ καὶ τοῦτο.
ἀλλὰ μεταπιπτέτω μοι πρὸς ἄλλους τὰ τοῦ λόγου.
Ὑδέρῳ καταλύσαντος Ἀδριανοῦ τὸν βίον,
εἴκοσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι χρόνοις βασιλευκότος,
εἰς Ἀντωνῖνον μετ' αὐτὸν τὸ σκῆπτρον μεταβαίνει,
ὃς εὐσεβὴς ὠνόμαστο διὰ χρηστοτροπίαν,
τὰ σκῆπτρα διιθύνας τε ἐν ἔτεσι δὶς δέκα
πρὸς ἄλλοις δύο τῆς ζωῆς θανὼν ἀποστερεῖται. C
καὶ μετ' αὐτὸν ἐκράτησεν ὁ Μάρκος Ἀντωνῖνος.
οὗτος ἐν πάσῃ τέθραπτο σοφίᾳ καὶ παιδείᾳ,
καὶ χάρισι τῶν ἀρετῶν κατάκομος ὑπῆρχε,
καὶ πάσαις κατηγλάϊστο τῶν ἀρετῶν ἰδέαις·
διὸ καὶ προσεφέρετο πᾶσι σοφοῖς ἐντίμως,

2178 μεγαλοδώρως A αὐτοὺς R 2183 κακοδαίμονας A
2186 ξίφει] ψύχει R 2191 κεκρατηκότος? v. 2193 post
2195 AM 2197 παιδεύσει M

percipiebat, et quoscunque literatos esse cognovisset, magnificis muneribus saepenumero donabat. habebat etiam in comitatu suo viros doctos secum, tam in castris quam in otio et itineribus. eodem modo erga quosvis alios munificentiam exercebat. quapropter universo senatui et plebi carus erat. vesanos Hebraeos, qui defecerant et imperii Romani iugum excusserant, cum copiis adversus eos profectus ad internecionem cecidit, et cunctis fame gladio igne funditus deletis urbem Hierosolymam de fundamentis eversam deinceps Aeliam nuncupavit. sed enim ad alios oratio transeat.

Posteaquam Adrianus ex aqua intercute fuisset extinctus, anno imperii quarto et vigesimo, Antonino illud delatum est, cognomento Pio propter morum probitatem et indolis mansuetudinem. is cum annis 22 imperium administrasset, naturae debitum persolvit. successit M. Antoninus, qui educatus erat in omni liberali doctrina et sapientia, virtutum laudibus, et quidem omnigenarum, ornatus. quam ob causam quosvis sapientes ac doctos viros honorifice tractabat magnificisque muneribus af-

καὶ συνεχέσιν ἦρδευε ταῖς μεγαλοδωρίαις.
τοῦτόν φασιν οἱ παλαιὰν γράψαντες ἱστορίαν,
ἐπιτρεχόντων πολλαχοῦ μυρίων πολεμίων
καὶ πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν πορθούντων καὶ κειρόντων,
χρημάτων ἀπορούμενον, σφιγγόμενον ἐνδείᾳ
καὶ μηδαμόθεν ἔχοντα στρατὸν ἀντεφοπλίσαι,
D τὸν κόσμον τὸν βασίλειον ἐν ἀγορᾷ προθεῖναι,
ἔπιπλον πᾶν χρυσοϋφές, περιπορφύρους κάνδυς
καὶ στέφη καταμάργαρα καὶ κλίνας λιθοστρώτους
αὐτήν τε πᾶσαν τὴν λαμπρὰν στολὴν τῆς βασιλείας,
καὶ πάντα τὸν βουλόμενον κηρῦξαι δημοσίᾳ
ὠνεῖσθαι τὰ προκείμενα μηδέν τι δειλιῶντα.
ὠνοῦντο μὲν οἱ θέλοντες, καὶ χρήματα συνῆκτο·
ὁ βασιλεὺς δὲ τῷ στρατῷ σκορπίσας τὸ χρυσίον
ἀντεπεξῆλθε τοῖς ἐχθροῖς, καὶ μάχην συγκροτήσας
κατὰ πολλὴν εὐχέρειαν τῶν δυσμενῶν ἐκράτει,
καὶ τρέψας πάντας εἰς φυγὴν καὶ κτείνας καὶ σκυλεύσας
P 46 ὅλους ἐκεῖθεν θησαυροὺς ἐκτήσατο χρημάτων,
καὶ πάλιν χρήματα προθεὶς τῆς ἀγορᾶς ἐν μέσῳ
ἐκήρυσσε τὸν θέλοντα λαμβάνειν τὸ χρυσίον
καὶ τὸ κτηθέν, εἰ βούλοιτο, πάλιν ἀποδιδόναι.
οὗτος καὶ Λεύκιον γαμβρὸν τὸν σὺν αὐτῷ κρατοῦντα
ἐκπέμπει πολεμήσοντα Πάρθοις τοῖς φιλομάχοις,

2202 παλαιοὶ R 2204 γῆν M κειρ.] κρατούντων AM 2208 κόσμους M 2209 στέφος καταμάργαρον R 2210 βασιλίδος M 2220 μέλλοντα M

ficiebat. prodiderunt de hoc memoriae scriptores historiarum prisci, variis bellis undique ingruentibus omnemque dicionem Romanam vastantibus eum pecuniae laborantem inopia, cum nullo pacto armare posset exercitum, ornatum imperatorium in foro vaenum exposuisse, nimirum supellectilem ex auro solido textam, amictus purpureis fimbriis redimitos, coronam unionibus ornatam, lectulos gemmis hinc inde distinctos, ipsam denique stolam imperatoriam splendidissimam: simul per publicum praeconem significasse licere cuivis haec vaenum exposita citra metum omnem periculi coëmere. hoc modo factum ut emerent ea qui vellent, pecuniamque conflatam fuisse. quam ubi distribuisset in milites, mox imperatorem copias in hostem movisse, et manu conserta citra negotium victoria potitum esse, adeoque coniectis in fugam omnibus, necatis, spoliatis, integros pecuniarum thesauros consecutum. has ubi rursus in forum rettulisset, indicari per praeconem iussisse ut qui vellet, auro recepto, quidquid prius imperatoria de supellectile coëmisset, si quidem ita placeret, restitueret. idem Lucium generum suum, imperii consortem, ad-

τῶν Παρθυαίων ἄρχοντος τότε τοῦ Βολογίσου.
ἦν δὲ καλὸς ὁ Λεύκιος τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην,
εὐμήκης, εὔοπτος, ἡδύς, ξανθόκομος, ῥοδόχρους·
ὃς καὶ συμμίξας τοῖς ἐχθροῖς ὑπερωφρυωμένοις
ἐπί τε πλήθει καὶ στρατῷ καὶ φαρετροφορίᾳ,
τέλος κατηγωνίσατο τὸ τοξοφόρον ἔθνος.
Ἀλλὰ γὰρ ὧδε γεγονὼς τοῦ δρόμου καὶ τοῦ λόγου B
θαυμάζω τὸ παλίντοκον τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους,
καὶ πῶς οὐκ ἐξεικάζονται παῖδες τοῖς σφῶν πατράσιν.
ἀεὶ μὲν λεοντόθυμον σκυμνὸν ὁ λέων τίκτει
καὶ πάρδαλις ταυτόθυμον καὶ τίγρις αὐτοτίγριν·
παρὰ δ' ἀνθρώποις ἄνισοι παῖδες πρὸς τοὺς τοκέας.
καὶ δῆλον ὡς προαίρεσις τούτων ἡ παραιτία.
πρὸς τί μοι ταῦτα λέλεκται, καὶ τίς σκοπὸς τῷ λόγῳ;
ὁ Μάρκος μὲν τοῖς φυσικοῖς ὑπέκυψε νομίμοις
καὶ τὴν πηλὸν ἀπέδωκε τῇ δανεισάσῃ φύσει
δέκα κρατήσας ἔτεσι σὺν τοῖς λοιποῖς ἐννέα·
υἱὸς δ' ἐκείνου Κόμοδος παρῆλθεν εἰς τὸ κράτος,
μεῖραξ πατρώζων κατ' οὐδέν, μηδ' ἐμφερές τι φέρων C
τῷ Μάρκῳ τῷ γεννήσαντι καὶ τῷ πεπαιδευκότι.
μίμοις γὰρ ἔχαιρεν ἀεὶ καὶ μονομάχων θέαις
καὶ γυναιξὶ καὶ φαυλουργοῖς ἀνδράσι καὶ μεθύσοις,
καὶ ξίφος εἶχεν ἐνεργὸν κρεανομοῦν καὶ θῦον

2224 Βολογαίσου A, Βελεγαίσου R 2233 τρέφει AR 2237 καὶ τίς] τίς μοι R 2239 τὸν M v. 2240 om. RR. eum vulgo post 2242 ponunt. 2244 θέᾳ A 2246 ἐνεργῶν AM, ἐνεργοῦν R

versus bellicosos pugnacesque Parthos misit, quorum id temporis rex erat Vologesus. praestabat autem Lucius tam animi quam corporis dotibus, vir procerus, facie pulchra, suavis, coma flava colore roseo. cumque pugnam cum hostibus conseruisset, qui ob copiarum multitudinem pharetrasque suas nimium quantum ferociebant, arte nationem arcus gestantem vicit ac debellavit.

Quia vero ad hunc locum orationis et instituti nostri pervenimus, generis humani vicissitudinem admirari subit, qui nimirum fiat ut filii parentibus suis similes non evadant. etenim leo semper catulum gignit, qui leonino sit animo praeditus; pardalis item sibi similem animo feram, tigris ipsissimam procreat tigridem: at hominibus liberi parentibus dissimiles nascuntur; quam rem ab electione voluntatis oriri manifestum est. at enim quo nobis haec dicta sunt? quemve sunt ad scopum relata? nimirum Marcus imperator naturae se legibus submisit lutumque naturae restituit, a qua mutuum acceperat, cum imperio 19 annis praefuisset. eius autem in locum filius Commodus successit, adolescens nulla in parte

τοὺς δυνατοὺς καὶ προύχοντας καὶ τοὺς εὐπορωτέρους.
ὅθεν καὶ τέλος εὕρατο κατάξιον τοῦ βίου·
φαρμάκοις γὰρ ἀπέρρηξε ψυχὴν τὴν μιαιφόνον
καὶ τὴν ζωὴν κατέστρεψεν ἀώρως καὶ πρὸ χρόνου,
δὶς ἓξ κρατήσας ἔτεσι τοῦ βασιλείου κράτους.
D Ῥωμαίων δ' ἦρξε μετ' αὐτὸν Περτίναξ ὁ τριγέρων,
ὃς μηδὲ φθάσας ἀγαγεῖν εἰς βασιλείους δόμους
τοὺς παῖδας ἢ τὴν γαμετὴν ἀνόμως ἀνῃρέθη.
Ἦν δέ τις Ἰουλιανὸς Δίδιος κεκλημένος·
οὗτος, ὡς λόγος, ὤνιον ἐκτήσατο τὸ στέφος,
τοὺς ταγματάρχας τοῦ στρατοῦ χρήμασιν ὑποφθείρας.
ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀπώνατο τῆς βασιλείου τύχης,
Σεβήρου δὲ τοῦ Λίβυος ἐπαναστάντος τούτῳ
μαχαίρας ἔργον γίνεται καὶ κακηγκάκως θνήσκει,
μηδὲ γευσάμενος σχεδὸν τοῦ μέλιτος τοῦ κράτους,
δύο καὶ μόνοις ἐντυχὼν μησὶ τῆς βασιλείας.
ἡ δὲ πολύζηλος αὐτὸν ἀπολιποῦσα τύχη
Σεβήρῳ προσεγέλασε καὶ χαροπὸν ἐνεῖδε.
P 47 Τοῦτον ἀκούω δείμασθαι λουτρὸν τὸ τοῦ Ζευξίππου,
τὸ μέγα καὶ περίπυστον τῆς Βυζαντίδος θαῦμα,
καὶ τοῦτο δὴ τὸ θέατρον τὸ τῆς ψυχαγωγίας,

2251 τῆς βασιλείας κράτος RR 2259 γὰρ RR 2260 κακὴν κακῶς M, παραυτίκα A v. 2262 om. RR, post 2256 ponunt AM

patrissans, nec quidquam habens simile Marco patri, a quo procreatus et institutus fuerat. quippe mimis semper delectabatur et gladiatorum spectaculis et mulierculis et viris nefaria perpetrantibus ac temulentis. caedibus etiam sese polluebat, homines potentes illustres et opulentos gladio perimens. quapropter exitum illa dignum vita reperit. nam haustis venenis inquinatam caedibus animam efflavit, ac vivendi finem ante tempus fecit, cum imperio 12 annis potitus fuisset.

Praefuit autem Romanis post ipsum maxima gravis senecta Pertinax, qui cum necdum in palatium suos liberos et uxorem deduxisset, nefarie fuit interemptus.

Erat dum Didius quidam Iulianus, quem pretio mercatum esse coronam imperialem, ducibus copiarum largitione corruptis, perhibent. sed fortunae regiae fructum nullum tulit: quippe Severo Afro seditionem adversus ipsum concitante gladio necatus est et malus male periit, cum mel imperii propemodum non degustasset. hoc modo fortuna invidiosa Iuliano deserto Severo arrisit, eumque vultu hilari respexit.

Hunc audio balneum Zeuxippi condidisse magnum illud et celeberrimum Byzantinae urbis miraculum, itemque plenum illud admirandae voluptatis ac delectationis opus, quod totis oppidis et nationibus recrean-

τὸ πόλεις ὅλας ἱκανὸν στέγειν καὶ γεναρχίας,
ἐν ᾧ πρὸς τέρψιν θέουσιν ἁμιλλητῆρες ἵπποι.
Ὁ δὲ Σεβῆρος ἱκανῶς ἐπιβιοὺς τῷ κράτει,
καὶ δέκα ὅλοις ἔτεσι προσδιαρκέσας τούτῳ
σὺν ἄλλοις ἓξ πρὸς τῷ ἑνί, νόσῳ δεινῇ ἐμπίπτει,
καὶ μέλλων θνήσκειν τοῖς παισὶ τὰ σκῆπτρα καταλείπει,
ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἔλαχε τὴν Ἀντωνίνου κλῆσιν,
ὃν ἔλεγον Καράκαλλον, ὁ μετ' αὐτὸν δὲ Γέτας
ἀρχῆθεν κατωνόμαστο πρὸς τῶν γεγεννηκότων.
οὗτοι δ' εἰς ἓξ κρατήσαντες τῆς βασιλείας ἔτη B
καὶ μῆνας δύο τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ζωῆς στεροῦνται.
Τῶν σκήπτρων τοίνυν ὁ πεττὸς συχνάκις μεταπίπτων
σὺν ἄλλοις ἐχαρίσατο τὴν αὐτοκρατορίαν
καὶ τῷ Διοκλητιανῷ τῷ παρανομωτάτῳ,
ὃς προσεταιρισάμενος τὸν ταυτογνωμονοῦντα
Μαξιμιανὸν Ἑρκούλιον, τοῦ Σατανᾶ τὸν παῖδα,
τοῦ κράτους ἔσχε κοινωνόν. τῆς ἀνοχῆς σου, λόγε!
καὶ συνδραμόντων εἰς ταὐτὸ δύο κακῶν μεγάλων,
ποῖον δεινὸν οὐχὶ παρῆν, ποῖον δ' οὐκ ἐτολμᾶτο!
σφαγαὶ καὶ πόνοι πανταχοῦ, καὶ λιμνασμὸς αἱμάτων.
καὶ τὸ ζοφῶδες τῆς εἱρκτῆς εἶχε πολλοὺς ἐμφρούρους, C
καὶ μᾶλλον τοὺς ἀπὸ Χριστοῦ τὴν κλῆσιν ἐσχηκότας·
πνεύσαντες γὰρ σφοδρότερον ἀνέμων βαρυθρόων

2268 τὰς M στέργειν M 2271 ἔτεσιν ἐνδιακέρσας RR 2272 προσπίπτει RR 2274 Ἀντωνῖνος ARR 2276 τοῦ γεγεννηκότος ARR vv. 2276—7 om RR. in priore AM ἐκράτησαν. 2282 αὐτογνωμονοῦντα MR 2286 δ' om R 2287 λιμνασμοὶ M

dis sufficit; in quo scilicet equi certantes inter sese delectationis humanae decurrunt.

Ceterum Severus ubi satis vixisset in imperio, totosque in eo 17 annos exegisset, gravi oppressus morbo vitam cum morte commutavit. moriturus filiis suis sceptra reliquit, quorum natu maior Antonini nomen habebat, cognomentum Caracallae: alteri Getae nomen parentes indiderant. praefuerunt annos omnino sex et menses duos.

Cum autem alea imperii saepius ab uno ad alterum se convertisset, praeter alios Diocletiano quoque, viro sceleratissimo, summam potestatem tribuit. is adiuncto sibi Maximiano Herculio, Satanae filio, qui eadem erat cum ipso in sententia, consortem imperii fecit. o patientiam tuam, fili dei sermo. cum duo magna mala simul concurrerent, quid calamitatis non aderat? quid non designabatur? ubique caedes mactationes, sanguinis effusiones stagnorum in modum: obscuris in carceribus multi custodiebantur, praesertim a Christo denominati. quippe ventum

τῆς εὐσεβείας τὸ φυτὸν ἀρτίφυτον ὑπάρχον
ἐφιλονείκουν ἐκ ῥιζῶν πρεμνόθεν ἀνασπάσαι
ὡς κλάδον νεομόσχευτον, ὡς ἁπαλὸν δενδρίον.
ἐντεῦθεν στρέβλαι καὶ δεσμά, κατάθυσις ἀνθρώπων,
καὶ σάρκες μελιζόμεναι καθάπερ ἐν μακέλλῳ.
ἀλλὰ θυμομαχήσαντες ἀλόγιστα πρὸς τοῦτο,
καὶ μάτην ὑλακτήσαντες ὡς κύνες λυσσητῆρες,
ὄνομα δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ σβέσαι μὴ δυνηθέντες,
μανέντες οἱ τρισάθλιοι ῥιπτοῦσι μὲν τὸ στέφος,
εἰς τύχην δὲ κατάγουσιν αὐτοὺς ταπεινοτέραν,
καὶ κήπων ἐπιμεληταὶ καὶ φυτευταὶ δενδρέων
D καὶ φυτοσκάφοι γίνονται, καὶ λαχανοκομοῦσιν.
ἀναλαβέσθαι πάλιν δὲ θελήσαντες τὸ κράτος
καὶ τοῦ σκοποῦ διήμαρτον καὶ τοῦ καταθυμίου,
καὶ τὰς ψυχὰς ἀπέρρηξαν θανάτοις βαρυτάτοις,
τῆς βασιλείας ἄρξαντες εἴκοσι δύο ἔτη.
Οὗτοι λαμβάνουσι γαμβροὺς αὐτῶν ταῖς θυγατράσιν,
ἀναγορεύσαντες αὐτοὺς Καίσαρας οἷα τέκνα,
ὁ πρῶτος μὲν Γαλλέριον ἐπὶ τῇ Βαλερίᾳ,
Μαξιμιανὸς δὲ Κώνσταντα τὸν τοῦ Κλαυδίου παῖδα
τοῦ πρὸ μικροῦ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀνεζωσμένου κράτος.
εἶχε δ' ὁ Κώνστας γαμετὴν Ἑλένην τὴν ὀλβίαν,
ἐξ ἧς ὁ μέγας νικητὴς προῆλθε Κωνσταντῖνος·

2292 κρυμνόθεν AMR   2300 κατάγοντες M   v. 2306 om R χρόνους εἴκοσι δύο AM

quemvis gravissimum spirando superantes plantulam pietatis adhuc recentem radicitus evellere singulari studio conabantur, veluti ramum quendam non ita pridem insertum arboremve tenellam. hinc tormenta vincula mactationes hominum: hinc carnes membratim discerpebantur, tanquam in macello fieri consuevit. enimvero posteaquam ex animi lubitu satis hac in parte bruto impetu decertassent, frustraque cuncta furiosorum in morem latrassent, nec tamen Christi nomen abolere potuissent, ad insaniam redacti miserrimi homines abiecta corona semet ad fortunam et condicionem humiliorem demittunt, adeoque curatores hortorum, arborum plantatores, fossores stirpium olerumque nutritores fiunt. at ubi recuperare vellent imperium, gravissimo caedium genere vitam amiserunt.

Generos sibi delegerant, quibus filiae nuberent, eosque tanquam natos ex se filios Caesares designarant, primus quidem Galerium, Valeriae filiae maritum, alter vero, nimirum Maximianus, Constantem Claudii filium, qui non ita pridem imperaverat. habebat iam tum Constans Helenam uxorem, feminam beatissimam, e qua magnus ille triumphator

ἀλλὰ γὰρ δυσωπούμενος τὸ κῆδος τοῦ τυράννου P 48
αὐτὴν ἀποβαλλόμενος μίγνυται Θεοδώρᾳ,
Μαξιμιανοῦ τῇ θυγατρί, καὶ παῖδας ἀποτίκτει,
μεθ᾽ ὧν καὶ τὸν Κωνστάντιον τοῦ Γάλλου τὸν πατέρα
καὶ τοῦ παρανομήσαντος καὶ δεδυσσεβηκότος
Ἰουλιανοῦ τοῦ μυσαροῦ καὶ καταρατοτάτου.
Ὁ Κωνσταντῖνος τοιγαροῦν τοῦ Κώνσταντος τὸ λάχος
ὡς πατρικὸν παραλαβών, καὶ βλέπων τὰ Ῥωμαίων
κακῶς περιστροβούμενα ζάλαις ἀλλεπαλλήλοις
ὡς τῆς ἀρχῆς εἰς πλείονας ἀρχὰς διῃρημένης
(ἦρχε καὶ γὰρ Μαξέντιος, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ Σεβῆρος,
καὶ Μαξιμῖνος σὺν αὐτῷ μετὰ τοῦ Γαλλερίου),
ἐγείρει μάχας κατ᾽ αὐτῶν, κατατροποῦται πάντας, B
καὶ βασιλεὺς καθίσταται καὶ κράτωρ μονοκράτωρ,
καὶ θρέμμα γίνεται Χριστοῦ σεπτῆς ἀγελαρχίας,
πρῶτος ἀνάκτων τῷ Χριστῷ προσκολληθεὶς γνησίως.
οὗτος καθεῖλε τοὺς βωμούς, ἔκλεισε τὰ τεμένη
ἐν οἷς προσῆγον Ἕλληνες δαίμοσι τὰς θυσίας,
καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐναγισμῶν καὶ ῥυπαρῶν ὀργίων
σχολὴν κατεψηφίσατο καὶ πάσης βδελυρίας.
καὶ γέγονε περίτρανος σάλπιγξ ἀργυροσάλπιγξ,
ἀπ᾽ ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα γῆς ἠχοῦσα καὶ βοῶσα,
καὶ πανταχῇ σαλπίζουσα τὴν εἰς τὸν κτίστην πίστιν.
πόλεως δὲ βουλόμενος δομήτωρ χρηματίσαι

2314 κῦδος vulgo 2324 αὐτὸν ARR 2325 μετ᾽ αὐτὸν μ. A
2326 μάχην MR 2336 πανταχοῦ R 2337 χρηματίζειν A

Constantinus genitus fuit: verum tyranni gloriam reveritus, ea repudiata, Theodorae coniugium amplexus est, Maximiani filiae, de qua liberos etiam procreavit, quorum in numero fuit Constantius Galli pater itemque Iuliani praevaricatoris impii maximeque exsecrandi.

Secundum haec Constantinus eam imperii partem, quae Constanti sorte obvenerat, veluti paterno iure debitam consecutus, cum res Romanas misere cerneret continentibus agitari fluctibus, imperio multos in principatus diviso (nam una praeerant ei Maxentius, Severus, Maximinus, Galerius), bellum in eos movet, deque cunctis victoria potitus solus imperatoriam potestatem adipiscitur: simul venerandi gregis Christi fit ovicula, primus imperatorum Christo vere agglutinatus. hic et aras evertit et delubra clausit, in quibus ethnici malis geniis hostias offerebant; itemque promulgatis legibus turpes lustrationes, orgia foeda, cunctas abominationes denique cessare iussit. hoc modo factus est velut argentea quaedam tuba, quae clare ab extremis terrae partibus ad alias extremitates sonuit, ac fidem in creatorem clangore cunctis in locis pro-

C τὴν τῶν τυφλῶν κατέλαβε Χαλκηδονίων πόλιν.
καὶ κτίζειν ἀπαρξάμενος πρᾶγμα κατεῖδε ξένον·
καὶ γὰρ μεγαλοπτέρυγες ὄρνιθες ἐπιπτάντες
τοὺς λίθους ἀφαρπάσαντες μετήνεγκαν ἐκεῖθε
ἐπὶ τὴν πόλιν Βύζαντος τὴν περικαλλεστάτην.
ὁ τοίνυν θεοφρούρητος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
οὐκ ἀπὸ τύχης ἐγνωκώς, ἀλλ' οὐδ' ἐκ ταυτομάτου
συμβῆναι τὸ γενόμενον τοῦτο περὶ τοὺς λίθους,
ἐκεῖθεν μεταθέμενος στρέφει τὴν γνώμην ὅλην
ἐπὶ τὴν πανευδαίμονα πόλιν τῶν Βυζαντίων,
καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσανεγείρει,
πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρρυτίδωτον, τὴν μήποτε γηρῶσαν,
D Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην,
Ῥώμην ἀφ' ἧς προχέονται χαρίτων αἱ συρμάδες,
ἣν ἤπειρος προσπτύσσεται, θάλασσα δεξιοῦται,
ἠπίως ἀγκαλίζονται παλάμαι τῆς Εὐρώπης,
ἀντιφιλεῖ δ' ἑτέρωθεν τὸ τῆς Ἀσίας στόμα.
Ἀλλὰ τὰ μὲν αὐχήματα ταύτης τῆς βασιλίδος
ἑτέρου λόγου καὶ καιροῦ καταριθμεῖν καὶ γράφειν·
ἐπὶ δὲ τὴν διήγησιν πάλιν ἐπανιτέον.
ὁ γάρ τοι γαληνότατος καὶ μέγας Κωνσταντῖνος
ἔτεσι μὲν ἐκράτησε δέκα σὺν ἄλλοις δύο

2339 καταρξάμενος M 2340 ἐπιστάντες R 2341 ἀφαρπάζοντες A κατήνεγκαν R 2342 περικαλλεστάτην R 2343 θεοφόρητος M 2345 γινόμενον M 2359 ὡς γὰρ ὁ γ. AR

pagavit. cum autem urbem condere vellet, caecorum Chalcedonensium civitatem exstruendam statuit; quod opus ubi coepisset inchoare, novum quoddam prodigium vidit. nam magnis alis praeditae volucres cum advolassent, abreptos lapides inde pulcherrimam ad urbem Byzantinam deportarunt. quapropter Constantinus imperator, qui divinitus gubernaretur ac regeretur, animadverso rem hanc quae acciderat non fortuito nec casu evenisse, averso inde animo totum consilium mutat, seque ad opulentum Byzantiorum oppidum confert, e quo beatissimam et fortunatam urbem excitat, urbem inquam magnam, Romam novam, Romam carentem rugis, nunquam senescentem, sed perpetuo iuvenescentem seque renovantem, Romam illam denique de qua gratiarum rivi profluunt; quam terra continens amplectitur, et mare vicissim excipit; quam iucunde ornant Europae manus, et ab altera parte os Asiae deosculatur.

Enimvero laudes, quibus haec urbs imperatrix sese iactat, alterius loci et temporis fuerit enumerare: nunc ad institutam mihi narrationem revertendum erit. cum ergo serenissimus ille Constantinus pulverem corporis depositurus ac tabernaculi figulinum vas terrae, quae mutuum

τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ δὶς δέκα Βυζαντίδος·
ὡς δ' ἔμελλεν ὡς ἄνθρωπος ἐκ γῆς γεγεννημένος P 49
τὸν χοῦν ἀποφορτίζεσθαι καὶ τῇ πηλῷ διδόναι
τὴν δανεισθεῖσαν παρ' αὐτῆς τοῦ σκήνους κεραμείαν,
Κωνστάντιον τὸν δεύτερον υἱὸν ἀναγορεύει
πάσης ἑῴας κράτορα, τοῖς δὲ παισὶ τοῖς ἄλλοις
(ἦσαν δ' αὐτοῖς ὀνόματα Κώνστας καὶ Κωνσταντῖνος)
χειρίζει τὰ προσέσπερα καὶ Ῥώμην καὶ Γαλλίας.
ἀλλ' οὗτοι μὲν ἀπέσβησαν τάχιον καὶ πρὸ χρόνου,
πόλεμον φεῦ εἰς ἔμφυλον ἀλλήλοις καταστάντες
καὶ τὰς ἀλλήλων θέλοντες ἁρπάσαι κρατορίας·
εἰς μόνον δὲ Κωνστάντιον τὸ πᾶν μετέβη κράτος,
ὃς τὰ μὲν πρῶτα Καίσαρα τετίμηκε τὸν Γάλλον,
τὸν αὐτανεψιὸν αὐτοῦ, τὸν Κωνσταντίου παῖδα,
βασιλειῶντα δὲ μαθὼν καὶ τυραννεῖν ὁρμῶντα B
καὶ πάντα μηχανώμενον ὥστε τυχεῖν τοῦ πόθου
τὴν κεφαλὴν ἀφείλετο, πᾶσαν ὁρμὴν προφθάσας.
τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου δέ, τὸν χοῖρον τὸν δυσώδη,
Ἰουλιανὸν τῷ Καίσαρος ἐκόσμησε στεφάνῳ·
ἐφ' οἷς ἀστεϊζόμενος δῆθεν ὁ παραβάτης,
καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτοῦ δεικνὺς τὴν ἐκ πορφύρας,
ἐκεῖνο τὸ θρυλούμενον ἐπέλεγε τοῖς πέλας
"πορφύρεός τε θάνατος κατέλαβε καὶ μοῖρα,"
ὡς ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ καὶ Γάλλου τεθνηκότος.

2363 τῷ M . vv. 2363—4 post v. 2359 ponunt AMR, addito post v. 2362 hoc: εἰς τὴν αὐτὴν εἰςδράμοι δὲ τὴν πάντας ἐκδαμάζων. 2368 χαρίζει RR 2369 κατέβησαν M 2371 ἁρπάζειν ARR 2383 ab Homero, Il. 5 83. pro τε malim με.

dederat, redditurus esset, postquam regnasset annos 12, alterum ex filiis Constantinum tetius Orientis imperatorem designat, reliquis duobus, quorum erant nomina Constans et Constantinus, Romam Gallias ceterasque versus Occidentem sitas provincias tradit. atque hi quidem ante tempus decessere, bello civili contra se invicem excitato, cum alter imperium alterius rapere conaretur: ad solum autem Constantinum universa potestas devenit. is primo Caesaris dignitatem Gallo concessit, patrueli suo, Constantis filio. verum ubi comperisset hunc regnum affectare, ad tyrannidem proruere, nihil non moliri quo voti compos fieret, omni conatu eius anteverso caput ei praecidi curavit. deinde Galli fratrem, porcum illum foetidum, Iulianum corona Caesarea cohonestavit. quo factum est ut desertor ille fidei urbanum quiddam proferre volens, purpurea veste sua commonstrata, tritum illud vulgo verbum ad stantes enuntiaret, "purpurea mors et fatum occupavit," significare volens Gallum etiam in

μετὰ μικρὸν δ' ἀποστατεῖ θεοῦ καὶ βασιλέως,
ἐξόμνυται τὸν σεβασμὸν ὃν εἶχεν εἰς τὸν κτίστην,
καὶ προσκολλᾶται δαίμοσι τοῖς τρισαλιτηρίοις,
C αἵμασιν ἀποπλύνει δὲ φεῦ τὸ λουτρὸν τὸ θεῖον,
ὅπλα κινεῖ καὶ πόλεμον κατὰ τοῦ σεσωκότος,
καὶ περιτίθησιν αὐτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν.
ὅπερ μαθὼν Κωνστάντιος, καὶ τῷ θυμῷ χαχλάσας,
νόσῳ πιέζεται δεινῇ, καὶ μετ' ὀλίγον θνήσκει,
κατάρξας τὸ βασίλειον εἴκοσι κράτος ἔτη,
ταῦτα τὰ τρία πονηρὰ τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα
ἀνακλαιόμενος πικρῶς καὶ φέρων ἐπὶ γλώττης,
τοῦ Γάλλου τὴν ἀναίρεσιν ἀδίκως γεγονυῖαν,
πίστεως τὴν παρατροπὴν καὶ τὴν καινοτομίαν,
καὶ τὴν ἀνάρρησιν αὐτοῦ τοῦ θεομισεστάτου.
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνύσταξεν ἐπὶ μακρὸν ἡ δίκη,
D οὐδ' ὁ παντόπτης ὀφθαλμὸς ἐκάμμυσεν εἰς πλέον,
ἀλλ' ἤγειρε τὸ βλέφαρον, εἶδε τὸν ἀποστάτην,
κατεῖδε τοὺς ἐναγισμοὺς καὶ τὰς ζωοσφαγίας,
τοὺς τῶν αἱμάτων ποταμούς, τὰς ἀνθρωποκτονίας,
καὶ πᾶν αἰσχρὸν καὶ μυσαρὸν καὶ πλῆρες δυσσεβείας
τὸ παρ' αὐτοῦ τελούμενον, καὶ μυσαχθεὶς τὴν λύσσαν
τοῖς Πέρσαις παραδέδωκεν ὡς λέουσιν ἀγρίοις
τὸν χοῖρον τὸν πηλόφυρτον πικρῶς διασπαράξαι.

2386 ἔσχεν M πρὸς R 2395 δεινῶς καὶ γλώσσης ἐπιφέρων R 2396 τοῦ γένους AR ἀνάρρησιν A ἀτίμως M 2406 παραδίδωσιν R

veste purpurea extinctum fuisse. non autem multo post tam a deo quam imperatore deficit: eiurat religionem et cultum, quo creatorem suum affecerat; sceleratissimis se geniis agglutinat; sanguine (proh impium facinus!) lavacrum illud divinum eluit; bellum adversus eum concitat a quo servatus fuerat; imperium denique sibi usurpat. quo cognito Constantius excanduit, ac morbo gravi correptus paulo post rebus humanis excessit, cum quidem tria mala per se facta deploraret ac in lingua continenter haberet, primo, quod genere sibi propinquos iniuste sustulisset e medio, deinde quod fidem Christianam adulterasset ac in ea quaedam innovasset, tertio quod impiissimum hunc Iulianum Caesarem designasset.

Enimvero non longum ad tempus iustitia dormitavit, nec inspector ille cunctorum oculus diu connixit: sed palpebram sustulit, desertorem intuitus est, vidit piacula, mactationes victimarum, sanguinis rivos, hominum caedes, omnem denique turpitudinem abominationem, impietatis plena facinora, quae designabat; et furorem hominis exsecratus, Persis veluti saevis leonibus volutatum in luto suem immaniter dilacerandum

καὶ πίπτει μὲν ὁ δυσσεβὴς ἔργον φανεὶς ῥομφαίας,
μῆνας ἑπτὰ τὸ εὐκλεὲς κράτος τῆς βασιλείας
σὺν ἔτη δύο δυσσεβῶς ταράξας καὶ κινήσας·
ἡ γῆ δ' οὐ παραδέχεται τὸ σκῆνος τοῦ βεβήλου,
ἀλλ' ἐν σεισμῷ καὶ τιναγμῷ κάτωθεν ἀποπτύει
τὸν ἀσεβείας συσσεισμῷ δονήσαντα τὴν κτίσιν.
καὶ πάλιν λάμπει φαιδρωπὸν τῆς πίστεως ἡ χάρις P 50
τὸ στέφος Ἰωβιανοῦ τοῦ κράτους δεξαμένου.
Ἀλλὰ καὶ τούτου πρὸς μικρὸν τῆς τύχης γευσαμένου
καὶ παρελθόντος τάχιον καὶ γῆθεν μεταστάντος
(μῆνας ὀκτὼ γὰρ τῆς ἀρχῆς ἐκράτησε Ῥωμαίων)
εἰς Οὐαλεντινιανὸν τὰ σκῆπτρα μεταβαίνει,
ὃς ἀδελφὸν Οὐάλεντα τὸ στέφος περιβάλλει
καὶ τῆς ἑῴας κράτορα τοῦτον ἀναδεικνύει,
τὸν δὲ καλὸν Γρατιανὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης,
τὸν ἐκ Σεβήρας γαμετῆς αὐτῷ γεγεννημένον.
Οὐάλης μὲν οὖν ὁ δυσσεβὴς προσθέμενος Ἀρείῳ
τῷ κατὰ τοῦ δεσπότου μου κακῶς φρυαξαμένῳ, B
καὶ τὸν λαὸν τὸν εὐσεβῆ πικράνας καὶ συνθλίψας,
πυρὸς τροφὴ μετ' οὐ πολὺ γίνεται τοῦ παμφάγου,
ἀγυρμιὰν καθυποδὺς ἐν τῷ τοὺς Σκύθας φεύγειν,
δέκα πρὸς τέσσαρσιν ἀρχῆς κρατήσας τῆς ἑῴας.
ὁ δὲ καλὸς Γρατιανὸς Οὐάλεντος πεσόντος,
καὶ πάσης ἤδη τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον μεταστάσης

2408 μαχαίρας M 2413 δινήσαντα A 2415 Ἰοβιανοῦ τὸν στέφανον ARR 2416 τὸ στέφος R 2418 γὰρ τῆς] καὶ γὰρ RR 2420 ἀδελφὸς Οὐάλεντος M 2424 γοῦν ARR 2425 φρυαττομένῳ R

tradidit. hoc modo cum vir impius gladio vulneratus occubuisset, ne ipsa quidem terra corpus hominis profani admittere voluit, sed succussione ac motu quodam exspuit eum qui concussione impietatis universam creaturam turbaverat. hinc iam rursus hilari vultu fidei gratia splenduit, posteaquam Iovianus imperator designatus fuisset.

At ubi etiam ille fortuna exiguum ad tempus degustata rebus terrenis excessisset, Valentiniano imperium delatum est. is Valentem fratrem imposita corona collegam adscivit, ac Orientis quidem illum imperatorem renuntiavit, egregium vero Gratianum veteri Romae praefecit, ex Severa coniuge natum. ex his Valens, vir impius, addictus Ario, qui contra dominum nostrum superbe insurrexit, populumque religiosae pietatis studiosum acerbe vexavit et afflixit, non longo post tempore ab edaci consumptus est igne, cum Scythas fugiens in tugurium paleis refertum se recepisset. at praeclarus ille Gratianus, Valente sublato iam

(καὶ γὰρ Οὐαλεντινιανὸς ἔφθη δοῦναι τὸ χρέος,
ὁ τῆς παρόδου τῆς εἰς φῶς αἴτιος φανεὶς τούτῳ,
χρηστὸς ἀνήρ, θεοσεβής, ἄλκιμος τὰ πρὸς μάχας,
δύο πρὸς δέκα τῆς ἀρχῆς κρατήσας τῶν Αὐσόνων),
τὸν πρῶτον Θεοδόσιον ἄρχειν τῆς ἕω πέμπει,
ἄνδρα βριθύν, ἀρεϊκόν, ἐξ Ἱσπανίας φύντα,
οὐ χαρισάμενος αὐτῷ τὸ κράτος ἀλογίστως,
δοὺς δὲ τῆς νίκης ἔπαθλον ἥνπερ κατὰ βαρβάρων
C ὑπερβαινόντων ψάμαθον τὴν παραιγιαλῖτιν
ὑπὸ θεοῦ φρουρούμενος ἤνυσεν ὁ γεννάδας.
ὁ κράτωρ οὖν Γρατιανὸς ἐκεῖνον βασιλεύσας
καὶ τοῖς ἑῴοις γένεσι μόναρχον ἐπιστήσας,
τὰ μέρη τὰ προσέσπερα καὶ Ῥώμην οἰκειοῦται.
Οὗτος, φασίν, ὁ βασιλεὺς γυναίου προσελθόντος
καὶ κατειπόντος πρὸς αὐτὸν τοῦ συνομοζυγοῦντος
ὅτι πληγὰς καὶ ῥαβδισμοὺς αὐτῇ συχνῶς ἐπάγει,
"οὐδέν, ὦ γύναι, πρὸς ἐμὲ τοῦτ᾽" ἔφησεν εὐστόχως.
ἐκείνης δὲ τῆς γυναικὸς αὖθις προσεπειπούσης
καὶ κατ᾽ αὐτοῦ βουλεύεσθαι Γρατιανοῦ τὸν ἄνδρα,
πάλιν ἀνταπεκρίνατο "τί σοι πρὸς τοῦτο, γύναι;"
εὐστόχως δ᾽ οὕτω τοι φασὶ Γρατιανὸν τοξεύειν
D ὡς φρένας ἔχειν λέγεσθαι Γρατιανοῦ τὰ βέλη.
Τούτου σφαγέντος οἴκτιστα παρά τινος τυράννου
ὁ κράτωρ Θεοδόσιος Ῥώμην καταλαμβάνει,

2433 τούτου R 2434 ἐπιεικής R v. 2435 om AM 2442 δὲ MRR ἐκεῖνος M 2450 βουλεύσασθαι R

consecutus universum imperium (quippe Valentinianus etiam naturae debitum persolverat, Gratiani pater, vir probus, religiosus erga deum, in praeliis animosus ac fortis, cum duodecim annos imperasset), Theodosium primum ad Orientis gubernationem ablegat, virum gravem, mavortium, ex Hispania oriundum, non abs re hoc ipsi largitus imperium. quippe debitum ei concessit victoriae praemium, quam de barbaris vir magnanimus, et qui divinitus defendebatur, adeptus fuerat. ipse autem Gratianus, hoc nationibus orientalibus praefecto, sibi provincias occidentales cum urbe Roma retinuit.

Memoriae proditum de Gratiano accepimus, eum muliere quadam accedente ac maritum deferente, quod frequenter eam plagis et verberibus multaret, apte respondisse "nihil hoc ad me, mulier." at cum illa subiecisset maritum suum ipsi quoque Gratiano insidiari, rursus illum respondisse "quid hoc ad te, mulier?" tradunt etiam Gratianum adeo peritum sagittandi fuisse, ut eius tela mentem habere perhiberentur.

Interfecto autem Gratiano miserabiliter admodum a quodam barbaro, Theodosius imperator Romam profectus est, ac parricidam ultus Romae

καὶ τὸν φονέα τίννυται, καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος
εἰς Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον μεταφέρει,
τὸν ἀδελφὸν Γρατιανοῦ τοῦ βεβασιλευκότος.
καὶ πάλιν ἄλλος τάραχος, πάλιν βαρύθρους κλύδων,
τὸ τῆς ἀρχῆς φιλονεικῶν καταποντίσαι σκάφος.
Εὐγένιός τις τυραννεῖ, καὶ βασιλεὺς ἀγχόνῃ
χρησάμενος ὀδυνηρῶς τὸν βίον καταστρέφει.
καὶ πάλιν Θεοδόσιος κατὰ τοῦ παλαμναίου.
ζωγρεῖται γοῦν ὁ τύραννος, δεσμεῖται χειροπέδαις,
τοῦ θράσους δίκας τίννυσι καὶ τῶν τετολμημένων, P 51
καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ἐλεεινῶς ἐκπίπτει.
καὶ βασιλεὺς Ὁνώριος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης
καὶ κράτωρ ἀναδείκνυται πρὸς τοῦ πατρὸς αὐτάναξ,
ὃς ἐκ Πλακίλλης γέγονεν υἱὸς Θεοδοσίῳ.
Θεοδοσίου δὲ λοιπὸν τὸν βίον λελοιπότος,
ἐν ἔτεσιν ἰθύναντος δεκαεπτὰ τὸ κράτος,
Ἀρκάδιος χειρίζεται τοὺς οἴακας τῆς ἕω,
ἐκ τῶν αὐτῶν ἀναφυεὶς σπερμάτων Ὁνωρίῳ.
τότε καταφρονήσαντες ὡς μαλακοκαρδίου
τοῦ τῆς ἑσπέρας ἄρχοντος αἱματορρόφοι Γότθοι,
φίλοπλον ἔθνος, δύσμαχον, χαῖρον ἀνδροκτασίαις,
τῶν ὅρων κατατρέχουσι τῆς παλαιτέρας Ῥώμης, B
καὶ πλοῦτον τὸν βασίλειον Ἀλάριχος λαμβάνει

2458 *τοῦ προβεβασιλευκότος* R **2460** *καταποντῶσαι* R **2464** *μὲν* AR
2470 *ἐκλικόντος* R **2474** *τούτου* R

imperium Valentiniano iuniori, Gratiani fratri, tradidit *). hinc rursus alia turba, rursus alia gravis et horrida tempestas imperium demergere conata est. quippe tyrannidem Eugenius quidam usurpavit, et Valentinianus imperator strangulatus misere vitam amisit. rursum ergo Theodosius militem adversus parricidam educit: tyrannus vivus in potestatem redigitur, compedibus ligatur, audaciae suae flagitiorumque designatorum poenas luit, simul denique vitam et imperium amittit. secundum haec Honorius a patre Romae veteris imperator renuntiatur, a Placilla Theodosii coniuge natus. cumque Theodosius etiam ipse vitam hanc reliquisset, Orientis imperium Arcadio cessit, ex iisdem cum Honorio parentibus orto. id temporis contempto principe Occidentis, tanquam effeminato, Gotthi sanguinolenti, natio bellicosa, superatu difficilis, caedibus gaudens, in Romae veteris limites excurrunt, eorumque rex Ala-

---

*) *addendum ex aliis:* qui tribus tantum annis Romae veteri praefuerat. Leuncl.

καὶ Πλακιδίαν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως,
ἥτις φυγοῦσα παρευθὺ τὰς χεῖρας τῶν βαρβάρων
σπουδῇ πρὸς τὸν Ὀνώριον τὸν ἀδελφὸν ἐκτρέχει,
εἰς Ῥάβενναν στερρόπυργον πόλιν προσπεφευγότα,
καὶ Κωνσταντίῳ ζεύγνυται τῷ ταύτην σεσωκότι·
ἐξ ὧν Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ἀπετέχθη,
ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς τῆς Ῥώμης.
ὡς δὲ τὸν χοῦν Ἀρκάδιος ἀπέθετο τοῦ σκήνους,
ἔτεσι δέκα πρὸς τρισὶν αἰσίως βασιλεύσας,
τῆς ἕω Θεοδόσιος ἐγκάθηται τοῖς θρόνοις,
ὃν βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἐξ Εὐδοξίας ἔσχεν.
C *Ὁ τοίνυν Θεοδόσιος ἰδίαν θυγατέρα*
πέμπει Οὐαλεντινιανῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν.
ἀλλὰ γὰρ τὸ φιλήδονον τούτου τοῦ νεανίου
καὶ λύττησις ἀκάθεκτος ἡ τῆς φιλοσαρκίας
ζωῆς αὐτὸν ἐστέρησε καὶ κράτους βασιλείου,
καὶ τὴν τοῦ λέχους κοινωνὸν κατήγαγεν εἰς ὕβριν.
ὅπως δὲ τοῦτο γέγονεν εἰρήσεται συντόμως.
Μάξιμος ἦν ὑπατικὸς ἐν Ῥώμῃ πρωτιστεύων.
τούτῳ συνῴκει γύναιον ἐπέραστον τὴν ὄψιν,
κάλλος ἀμήχανον αὐχοῦν, κῆπος ἄντικρυς κάλλους·
ἐκόσμει δὲ τὸ γύναιον ἡ σωφροσύνη πλέον.
ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἁλίσκεται τῷ κάλλει,
D *καὶ πάντα κάλων συγκινεῖ πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ πόθου.*

2483 *ζεύγνυσι* R v. 2487 om R 2489 *ἔσχεν ἐξ Εὐδοξίας* AMR
2490 *οἰκείαν* R 2492 *τοῦδε* AMR 2493 *ἡ*] *ἐκ* R 2502 *συνωθεῖ* M

ricus imperatoriis opibus potitur et ipsa imperatoris sorore Placidia, quae mox de barbarorum manibus elapsa celeriter ad Honorium fratrem se contulit, qui Ravennam, urbem munitam, profugerat. est autem in matrimonium collocata Constantio, per quem servata fuerat; deque his Valentinianus iunior procreatus est, qui secundum haec Romae imperium consecutus fuit. posteaquam Arcadius terrenam corporis molem deposuerat, Theodosius in orientalis imperii solium collocatur, quem Arcadius ex Eudoxia coniuge genuerat.

Is filiam suam Valentiniano ad coniugii societatem misit, quem iuvenem voluptatum amor et insanum studium explendi libidines carnis, quod nullis inhiberi vinculis poterat, non imperio tantum sed etiam vita spoliavit, ipsamque vitae sociam iniuriae alterius exposuit; quae res quo pacto gesta fuerit, breviter exponetur.

Erat in urbe Roma vir consularis Maximus, facile princeps inter ceteros. habebat is uxorem eleganti praeditam facie, quaeque propter venustatem formae quidam velut hortus pulchritudinis esse videretur; et ornabat eandem multo etiam magis castitas atque pudicitia. cum hanc

τῷ γοῦν ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς Μαξίμῳ σύγκυβεύων
καὶ καθυπέρτερος φανείς, μὴ φέροντος χρυσίον,
λαμβάνει τὸν δακτύλιον τὸν χρύσεον ἐκείνου,
φερέγγυον ἰσόμενον τῶν ἐποφειλομένων.
ἐκπέμπει τὸν δακτύλιον τῇ γυναικὶ σημεῖον,
τὴν ἄφιξιν ἐνδώσοντα τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα.
πιστεύει τούτοις ἡ γυνή, γνωρίζει τὸ σημεῖον.
φθάνει πρὸς τὰ βασίλεια. τίνα τὰ μετὰ ταῦτα;
ὁ βασιλεὺς ἀπολαβὼν ταύτην αἰσχύνει βίᾳ.
μανθάνει ταῦτα Μάξιμος, πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
εἰς ἄμυναν ὁπλίζεται, δόλους παντοίους ῥάπτει,
καὶ τελευταῖον θανατοῖ ξίφει τὸν βασιλέα,
φρουρῶν ἀρίστων στρατηγῶν πρῶτον αὐτὸν στερήσας, P 52
αἰσχύνει καὶ τὴν γαμετὴν τούτου τὴν Εὐδοξίαν.
ἡ βασιλὶς δεινοπαθεῖ, τὴν ὕβριν ἀναστένει,
καὶ πέμπει πρὸς Γιζέριχον τῶν Οὐανδήλων ῥῆγα,
κατὰ τῆς Ῥώμης ἐπελθεῖν ἐκεῖνον παρορμῶσα.
ἐπῆλθεν ὁ Γιζέριχος, ἐκράτησε τῆς Ῥώμης,
ἠνδραποδίσατο πικρῶς, δορυαλώτους ἔσχεν
αὐτήν τε τὴν βασίλισσαν καὶ τὰς ἐκείνης κόρας.
Ἡ μὲν οὖν Ῥώμη πρὸς μικρὸν ἔτι βασιλευθεῖσα
τὸ κράτος τὸ βασίλειον εἰς τέλος ἀφῃρέθη,
καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς ῥηξὶν εἶξε καὶ τοῖς ἐθνάρχαις,

2508 ἐκδύσαντα R, ἐνδήσουσαν R 2509 γινώσκει M
2512 πίμπραται ARR τῇ καρδίᾳ R 2515 πάντων R

vidisset imperator, amore captus est, omnesque nervos in id intendit ut voto potiri posset. igitur aliquando cum Maximo, marito mulieris, alea ludens, ubi vicisset nec aurum Maximus numeraret, aureum eius anulum accipit quasi pro debitis oppigneratum. hinc anulum ipsius uxori mittit signi loco, de quo illa intelligeret in aulam sibi eundem esse. mulier signo cognito fidem iis quae mandabantur habet, adeoque celeriter in regiam se confert. quid inde factum? imperator eam nactus vi stuprat. Maximus his cognitis ardere animo, ad ultionem se armare, fraudes omnis generis nectere, tandem gladio imperatorem occidere, spoliatum prius fidissimis satellitibus. hoc facto coniugem quoque Valentiniani Eudoxiam stuprat, quae iniuriam hanc aegerrimo ferens animo suos ad Gizerichum Vandalorum regem mittit, oratum ut Romam cum copiis invaderet. fecit hoc Gizerichus, Romam occupavit, eaque miserum in morem spoliata imperatricem cum filiabus captivas abduxit.

Ac Roma quidem exiguum ad tempus adhuc ab imperatoribus administrata tandem imperium omne prorsus amisit, in potestatem regum principumque barbarorum redacta, quorum manibus misere prostrata fuit.

καὶ ταῖς παλάμαις δυστυχῶς τούτων ἐταπεινώθη.
ἦρξε μὲν οὖν ὁ Μάξιμος ὁ τότε τυραννήσας,
B καὶ μετ' αὐτὸν Ἀνθέμιος, Ὀλύβριος ὁ πάνυ·
μετὰ δὲ τὸν Ὀλύβριον ἐκράτησε Μαΐωρ,
καὶ μετ' αὐτὸν Γλυκέριος, καὶ μετὰ τοῦτον πάλιν
Νεπωτιανὸς Ὀρέστης τε, καὶ μετὰ τὸν Ὀρέστην
ὁ παῖς Ῥωμύλου τῆς ἀρχῆς ἥψατο τελευταῖος.
καὶ πόλις μεγαλώνυμος, ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις,
Ῥωμύλον σχοῦσα κατ' ἀρχὰς ἔννομον βασιλέα,
καὶ πάλιν περιστήσασα τὸ κράτος εἰς Ῥωμύλον
οὐκέτι τὴν κυβέρνησιν ἔσχεν ἐκ βασιλέων,
βαρβάροις δ' ὑποκύψασα καὶ χωροβατηθεῖσα,
καὶ τούτοις δυστυχήσασα δορύληπτος γενέσθαι,
ῥῆγας κατεῖδεν ἄρχοντας, χωράρχας, σατραπάρχας.
C καὶ στερηθεῖσα δυσκλεῶς ὑπάτων καὶ κρατόρων
καὶ δικτατόρων καὶ βουλῆς, ἀλλὰ καὶ πατρικίων,
ἐπωμαδίαν ἤνεγκε τὴν ζεύγλην τῶν βαρβάρων.
καὶ πρώην χρηματίζουσα βοῦς ἀγελαῖος ἄζυξ
ὑπήκοος ἐγένετο δυνάσταις ἀροτρεῦσι,
καὶ γῆς τοῖς αὐλακίσμασι τρύχεσθαι κατεκρίθη.
Καὶ ταῦτα μὲν συμβέβηκε τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ·
ἡ δ' ἡμετέρα τέθηλεν, αὔξει, κρατεῖ, νεάζει,
καὶ μέχρι τέλους αὔξοιτο, ναὶ βασιλεῦ παντάναξ,
τοιοῦτον σχοῦσα τηλαυγῆ φωσφόρον βασιλέα,

2527 γὰρ RR   2530 καὶ μετὰ] μετὰ δὲ R   2532 τελευταῖον AR
2536 εἶχεν R   2539 κατῆγεν R   2546 παλαιτέρᾳ R

tunc temporis autem Maximus occupata tyrannide regnavit, quem secuti sunt Anthemius, Olybrius vir praestantissimus, Maior, Glycerius, Nepotianus, Orestes, post quem Orestem puer Romulus omnium postremus imperium usurpavit. hoc modo celeberrima Romanorum urbs, cum ab initio Romulum legitimum habuisset, ac vicissim eius imperium ad Romulum pervenisset, deinceps ab imperatoribus gubernari desiit. barbaris autem sese submittens ab iisque calcata, perque summam infelicitatem capta, regibus eorum nationumque principibus et satrapis paruit; planeque spoliata consulibus imperatoribus dictatoribus senatu patriciis, iugum barbarorum suis humeris tulit; quae denique prius erat indomita et expers iugi vacca, principibus aratoribus obediens facta est, et condemnata ut eius solum aratro inverteretur.

Et haec quidem Romae veteri acciderunt. at illa nostra floret, augescit, imperio fruitur, iuvenescit; utque perpetuum augescat, te, rex omnium, maxime precor, praesertim cum modo talem ac tantum imperatorem habeat, Luciferum late radiis suis splendentem, regem Ausonum

μέγιστον Αὐσονάνακτα, μυριονικηφόρον,
Κομνηνιάδην Μανουήλ, πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον,
οὗπερ τὸ κράτος ἥλιοι μετρήσαιεν μυρίοι. D
Ἀλλὰ γὰρ πάλιν εἰς ὁδὸν ὁ λόγος ἀναγέσθω,
καὶ τερματούτω τὸν λοιπὸν δρόμον τῆς ἱστορίας.
Τὸν νέον Θεοδόσιον ἔτι παιδίσκον ὄντα
ἄγοντά τε τὴν ἁπαλὴν καὶ πρώτην ἡλικίαν
Ἀρκάδιος ἐνίδρυσε τοῖς βασιλείοις θρόνοις,
καὶ φύλακας ἐπέστησεν αὐτῷ τῆς βασιλείας
τοὺς τῆς συγκλήτου προύχοντας καὶ τοὺς ἀγχινουστέρους,
καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν ἄρχοντα Περσίδος Ἰσδιγέρδην·
ὃς καὶ μαθὼν ἐπιβουλὴν κατὰ Θεοδοσίου
τυρευομένην ἔκ τινων ἀνδρῶν φιλοτυράννων
ἠπείλησεν ἐπιδραμεῖν ἄχρι καὶ Βυζαντίου
σὺν μυριάσι μαχητῶν ἀλκίμων ὁπλοφόρων. P 53
οἱ τοίνυν βουλευσάμενοι κατὰ τοῦ βασιλέως,
κατασεισθέντες τὰς ψυχὰς τῷ φόβῳ τοῦ Περσάρχου,
τὸ δύσνουν ἀπεβάλοντο καὶ τὴν κακοτροπίαν,
καὶ τῆς βουλῆς ἀπέσχοντο καὶ τῶν ἐγχειρημάτων.
ὡς ἄρα τὸ χρηστότροπον ἔστι κἂν τοῖς βαρβάροις,
καὶ τὴν φιλίαν ἄτρωτον καὶ τὴν φιλαλληλίαν
οἶδεν ἀνὴρ ἀλλόγλωσσος ἀθόλωτον φυλάσσειν·
τὸ γὰρ καλὸν ἐκ φύσεως ἅπασιν ἐνεσπάρη.

2552 κάλλος A 2558 συνέστησεν R 2563 ἐπιδρομὴν M
Βυζαντίδος R 2566 βαρβάρου ARR 2571 φυλάττειν R

maximum, victoriis sexcentis potitum, Manuelem Comneniadem, auream purpurae rosam, cuius imperium infiniti soles metiantur.

Sed enim oratio nostra in viam revocetur, et historiae cursus ad finem perducatur.

Iuniorem Theodosium, cum adhuc puer esset ac teneram primamque aetatem ageret, Arcadius pater in thronum imperatorium collocavit, simulque constituit ei custodes imperii principes quosdam senatus, itemque genere proximos, una cum Isdigerde Persarum rege; qui deinceps, ubi de insidiis accepisset quas Theodosio quidam tyrannidis usurpandae cupidi struerent, suos ablegavit, ut ad ipsum usque Byzantium cum infinitis prope pugnatorum copiis excurrerent. hoc modo perculsis insidiatorum animis formidine barbari, omni odio malevolentiaque deposita consilium prius intermissum cum ipsis conatibus fuit. de quo intelligere licet in ipsis etiam barbaris virtutem ac indolem bonam existere, hominesque linguis diversos nihilominus amicitiam et amorem mutuum illaesum conservare candide posse: nam virtus et honestum a natura cunctis insitum est.

Ἦν δ᾽ ἀδελφὴ τῷ βασιλεῖ τούτῳ Θεοδοσίῳ
σεμνότροπος, σεμνόβιος, τὴν κλῆσιν Πουλχερία,
καὶ κάλλει διαλάμπουσα σώματος εὐπροσώπου,
καὶ στίλβουσα ταῖς χάρισι τῆς ἔνδον εὐπρεπείας·
B ἥτις παρθένον συντηρεῖν αὐτὴν προελομένη
καὶ τῆς ἁγνείας ἄσυλον φυλάττειν τὸν λειμῶνα,
ἀῤῥένων μὲν ἀπέσχετο καθάπαξ ὁμιλίας,
τῷ καθαρῷ δ᾽ ἐπέχαιρε καὶ τῷ κοσμίῳ βίῳ,
καὶ ζέσιν ἐπεδείκνυτο πρὸς πᾶσαν χρηστουργίαν.
οὐ μόνον δὲ τὸν ἑαυτῆς οὕτως ἐκόσμει βίον,
ἀλλά γε καὶ τὸν ἀδελφὸν παντοίαις ἐπινοίαις
εἰς ἀρετὴν ἐρύθμιζεν καὶ τρόπους φιλοκάλους.
ἣ καὶ συνῴκισεν αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν
τὴν κάλλεσιν ἀστράπτουσαν παντοίοις Εὐδοκίαν,
ἥτις λειμῶνα φέρουσα κάλλους ἐν τῷ προσώπῳ
ὡρμᾶτο μὲν ἐξ Ἀθηνῶν τῶν περιλαλουμένων,
πρὸς δὲ τὴν Βύζαντος λαμπρὰν ἀφικομένη πόλιν,
C ἐφ᾽ ᾧ κατηγορήσειεν ἰδίων ὁμογνίων
ὡς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς αὐτῇ μὴ μεταδόντων,
πολλῷ κερδαλεώτερον τὸ πάρεργον εὑρίσκει.
τὸ δ᾽ ὅπως τοῦτο γέγονε λόγῳ συντόμῳ φράσω.
Ἦν ἐν Ἀθήναις τις ἀνήρ, Λεόντιος τὴν κλῆσιν,
εἰς ἄκρον ἀφικόμενος πάσης φιλοσοφίας,
καὶ λογικῆς καὶ φυσικῆς καὶ τῆς ἀστεροσκόπου.

2573 τούτῳ τῷ βασιλεῖ κυρῷ Θ. R   2587 τοῖς προσώποις AR
2589 ἀφικνουμένη AR   2593 λόγοις συντόμοις AR

Ceterum imperatori Theodosio soror erat, castis praedita moribus, vitae gravis ac pudicae, nomine Pulcheria. fulgebat ea venusti corporis elegantia, simulque dotibus internae pulchritudinis relucebat. cumque virginitatem suam retinere et castitatis campum illibatum tueri decrevisset, prorsus a virorum consuetudine semet abstinebat, ac purae modestaeque vitae studio dedita fervorem animi erga quaevis facta praeclara insignem demonstrabat. neque tantum exornandae vitae suae intenta erat, verum etiam fratrem omnigenis rationibus, iisque solerter excogitatis, ad virtutem probosque mores informabat. coniunxit et fratri matrimonio Eudociam, omni venustatis genere splendentem. ea cum esset vultu praedita formosissimo, Athenis illis celeberrimis, ubi nata fuerat, Byzantium profecta, suos ut fratres accusaret, qui paternarum facultatum partem ei se daturos pernegarent, obiter quiddam longe fructuosius reperit. libet autem breviter exponere, quo pacto haec evenerint.

Fuit Athenis quidam Leontius, vir accurate peritus omnis philosophiae ac logicarum naturalium astronomicarum disciplinarum. huic ex

τούτῳ μιᾶς ἐκ γαμετῆς ἐτέχθησαν τρεῖς παῖδες·
δύο μὲν ἦσαν ἄρρενες, τριτάτη δὲ θυγάτηρ,
θυγάτηρ ἀγλαόμορφος ἐπιχαριτωτάτη.
Ἀθηναῒς ὠνόμαστο πρὸς τοῦ πατρὸς ἡ κόρη.
ὡς οὖν τὸν βίον ἔμελλε λιπεῖν ὁ ταύτην σπείρας,
ἐπιθανάτιον συνθεὶς καὶ τελευταῖον γράμμα
τοῖς μὲν παισὶ κατέλιπε τοῖς ἄρρεσι τὸν βίον, D
ὁπόσος ἐν ἱματισμοῖς, ὁπόσος ἐν χρυσίῳ,
ἐν οἴκοις, ἐν βοσκήμασιν, ἐν σκεύεσιν, ἐν δούλοις
(ἦν γάρ τοι μεγαλόπλουτος καὶ τῶν βαθυκτημόνων)·
τῇ θυγατρὶ δ' ἐκέλευσε, καὶ ταῦτα φιλουμένῃ,
μόνους χρυσίνους ἑκατὸν παρασχεθῆναι κλῆρον,
τὴν τύχην τὴν περίλαμπρον ἀρκεῖν ἐκείνῃ φήσας,
ἁπάσης ὑπερφέρουσαν γυναίων εὐποτμίας.
ὁ μὲν εἰπὼν ἐξέπιε τὸν τοῦ θανάτου σκύφον,
οἱ δὲ τῆς κόρης ἀδελφοὶ φαυλότροποι φανέντες
πᾶσαν ἐσφετερίσαντο τὴν πατρικὴν οὐσίαν
καὶ παντελῶς ἀπόκληρον ἔθεντο τὴν νεᾶνιν. P 54
ἐφ' οἷς ὑπερπαθήσασα καὶ τὴν ψυχὴν πληγεῖσα
τῇ μητραδέλφῃ πρόσεισιν Ἀθηναῒς ἡ κόρη,
κοινοῦται τὰ καθ' ἑαυτήν, τὴν συμφορὰν δακρύει,
περιπαθέσι στεναγμοῖς ἐκτραγῳδεῖ τὸ πάθος.
οἰκτείρει τὸ κοράσιον πενθοῦν ἡ μητραδέλφη,
ὑπὲρ τῆς ἀδελφόπαιδος πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,

2597 γυναικὸς R   τρεῖς ἐτέχθησαν AMR   2601 λείπειν MR
2606 πολυκτημόνων MRR   2607 ταύτῃ R   2609 φράσας M
2610 γυναίας A   2617 δεικνύει M   2619 θρηνοῦν M
2620 πίμπραται ARR

una coniuge tres erant nati liberi, duo mares, una filia, formae puella praestantis, et ceteroquin etiam elegantissima, cui pater Athenaidis nomen dederat. cum autem rebus humanis iamiam excessurus esset, testamento de voluntate sua postrema condito filiis quidem maribus facultates omnes legavit, quicquid nimirum habebat vestium auri aedium pecoris, instrumenti ac supellectilis, mancipiorum (quippe locuples et opulentus erat): filiam vero, quam etiam unice diligebat, sola centum aureorum sorte contentam esse iussit, quod hanc fortunam sufficere diceret, qua cunctas mulieres felicitate superaret. his ille verbis prolatis naturae debitum persolvit. puellae fratres, qui homines essent improbi, paternas facultates universas sibi vindicabant, sorore prorsus ab aditione hereditatis exclusa. quam rem Athenais aegerrimo ferens animo materteram adit, casus ei suos exponit, calamitatem deplorat et multis cum gemitibus dolenter amplificat. illa puellae commiseratione tangi, ac neptis nomine commota Cpolin cum ea proficisci, urbem urbium principem et imperii

καὶ σὺν αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ὡς εἶχεν ἀφικνεῖται
πρὸς πόλιν τὴν πρωτόπολιν, πρὸς πόλιν τὴν τοῦ κράτους.
τῇ Πουλχερίᾳ πρόσεισι τῇ χαριτοκοσμήτῳ,
ἐπικουρίαν ἐξαιτεῖ, δεῖται βοηθηθῆναι
B *τὴν κόρην τὴν τῶν ἑαυτῆς ἀδίκως στερουμένην.*
θαυμάζει τῆς νεάνιδος ἡ βασιλὶς τὸ κάλλος,
ἐκπλήττεται τὰς φεραυγεῖς χάριτας τοῦ προσώπου,
θαυμάζει τὴν εὐσύνετον μεγαλογνωμοσύνην.
πυνθάνεται εἰ τὴν αὐτῆς ἔφθαρται παρθενίαν,
καὶ γνοῦσα κοίτης ἄπειρον τὴν κόρην χρηματίζειν
καὶ τὸ καλὸν ἀκίβδηλον φυλάττειν τῆς ἁγνείας
λουτρῷ καθαίρει τῷ σεπτῷ, τὴν κλῆσιν μεταμείβει,
μετονομάζει τὴν καλὴν νεᾶνιν Εὐδοκίαν,
συνάπτει τε τῷ βασιλεῖ καὶ ζευγνῦσιν εἰς λέχος,
συναραμένου τὰ πολλὰ πρὸς τοῦτο καὶ Παυλίνου,
ὃς ἐν τοῖς πρώτοις τέτακτο τῶν βασιλέως φίλων.
ἐκ ταύτης Θεοδόσιος ἔτεκεν Εὐδοξίαν,
C *ἣν Οὐαλεντινιανῷ σκηπτροκρατοῦντι Ῥώμης*
τῆς πρεσβυτέρας ἔπεμψεν εἰς γάμου κοινωνίαν.
Ἀλλ' ἦν οὐδέν, ὡς ἔοικεν, εὐτύχημα τοῦ βίου
ζάλης καὶ λύπης ἀμιγές, οὐδέ τις εὐποτμία
μὴ συναναφυόμενον ἔχουσα καὶ τὸ κνίζον·
καὶ γὰρ καὶ ῥόδον εὔοσμον φρίσσει πυκναῖς ἀκάνθαις,
ἡλίου τε τὸ βλέφαρον σκοτίζουσι νεφέλαι,

2622 *τὴν* pro altera *πρὸς* RR **2629** *μὴ* A **2632** *μεταβάλλει* ARR **2634** *μίγνυσιν* AR **2639** *βίου* AR *συνοικίαν* R **2643** *πυκνὰς ἀκάνθας* M

sedem. hinc Pulcheriam multis ornatam dotibus convenire, opem et auxilium eius implorare, rogare denique subveniret puellae suis rebus per iniuriam spoliatae. Pulcheria iuvenculae formam admirari, ad radiantes vultus dotes obstupescere, magnanimitatem plane conspicuam plurimi facere; simul interrogare num florem virginitatis adhuc illibatum haberet. intellecto puellam adhuc expertem esse coniugii castitatisque bonum hactenus integrum servasse, religioso eam lavacro curat ablui, nomen immutat, Eudociam appellat, fratri matrimonio copulat, non parum adiuvante Paulino, viro inter amicos imperatoris principem locum obtinente. procreavit autem ex hac Theodosius Eudoxiam, quam Valentiniano in urbe Roma vetere imperanti ad vitae societatem misit.

Sed enim nulla vitae felicitas tempestatis ac doloris expers est, nec prosperitas esse potest ulla cum qua non existat etiam aliquid quod hominem mordeat. etenim ipsa quoque rosa, licet fragrans sit, crebris tamen spinis horret; itemque vultum solis nubes interdum caligine quadam obvelant. consimili modo invidia comitatur et insectatur eos qui

καὶ φθόνος ἐπιφύεται τοῖς τὸ καλὸν ἀσκοῦσι,
καὶ πᾶν εὐτύχημα λαμπρὸν καὶ πᾶν σεμνὸν τοῦ βίου
φέρει καὶ τὸ δυστύχημα συνανακεκραμένον.
Ἀλλὰ γάρ τί μοι βούλεται τὸ προάσμα τοῦ λόγου;
ἡ βασιλὶς ἐπέπλει τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου
εὐδιεινοῖς καὶ γαληνοῖς πνεύμασι φερομένη·
ἀτάραχον διήνυε τὸν πλοῦν τῆς εὐποτμίας, D
ὡσπερεὶ πλοῖον φορτηγὸν ὡς ἐξ οὐρίας πλέον.
ἀλλ' αἴφνης ἐξεφύσησεν ὡς καταιγὶς ὁ φθόνος,
καὶ λαῖλαψ συνετάραξε τὴν θάλασσαν καὶ κλύδων·
νέφος ἐρράγη θολερόν, κατήγαγε χειμῶνα,
συνέσεισεν ἐδόνησε τὴν σκάφην ὡς φυλλάδα,
καὶ φλοίσβους ἤγειρε δεινοὺς καὶ τάραχον βαρύθρουν,
καὶ τὴν μὲν ναῦν συνέτριψε, τῇ δὲ ναυστολουμένῃ
στόμα δεινὸν ὑπήνοιξε χάσματος δυσαλύκτου.
ἐντεῦθεν ἡ βασίλισσα πικρίας ἐνεπλήσθη
καὶ πειρασμοῖς ἐπάλαισε βαρυσυμφορωτάτοις.
τί δ' ἦν αὐτῇ τὸ συμπεσὸν ὁ λόγος ἱστορήσει.
Θεοδοσίῳ βασιλεῖ τῷ συζυγοῦντι ταύτῃ P 55
μῆλον καλὸν εὐμέγεθες πένης προσήνεγκέ τις.
ὁ δὲ τὸ καλλιπρόσωπον θαυμάσας τῆς ὀπώρας,
καὶ τῆς εὐχροίας ἀγασθεὶς ἀλλὰ καὶ τοῦ μεγέθους,
ὥς τι καινὸν τὸ δώρημα τῇ βασιλίδι πέμπει·

2646 σεμνὸν καὶ πᾶν λαμπρὸν A, σεμνὸν πᾶν τὸ λαμπρὸν R 2648 πρόγραμμα R 2652 πλέει AM 2658 δέ γε ναυστολούσῃ A 2663 συνοικοῦντι ARR 2664 προσήγαγέ R

virtutem colunt; omnisque sancta prosperitas et vita splendens in hominum oculis admistam quandam infelicitatem secum trahit. quid autem hoc sibi vult orationis praeludium? nimirum et haec imperatrix in huius vitae mari navigabat, et serenis placidisque ventis acta felicitatis cursum absque perturbatione conficiebat, non aliter atque si navis oneraria vento secundo feratur: verum invidia subito tempestatis cuiusdam instar flare coepit; turbo cum procella mare commovit; nubes impetuosa exorta tempestatem excitavit, adeoque succussit et agitavit scapham instar folii, commoto ingenti strepitu gravique turba, ut navem confringeret, ac ipsi naufragium facienti terribiliter ore adaperto minaretur, quasi vellet ei plane dehiscere. ab eo tempore casus acerbos imperatrix complures experta fuit et aerumnosissimis cum tentationibus colluctata. lubet autem commemorare quid illi acciderit.

Quidam fortunae tenuis imperatori Theodosio, Eudociae marito, pomum eximiae tam pulchritudinis quam magnitudinis obtulerat. eius ille speciem longe venustissimam, colorem, magnitudinem admiratus, pomum ipsum inusitati cuiusdam muneris loco imperatrici miserat; quae sane

ὅπερ μεγάλων γέγονεν ἀρχὴ πειρατηρίων,
οὐχ ἧττον ἢ τῆς Ἔριδος τῆς φθονερᾶς τὸ μῆλον,
ὅπερ ἐπεισεκώμασεν ἐπὶ κακῷ τοῖς τότε
θύουσι γαμοδαίσια Θέτιδος καὶ Πηλέως.
οἷα καὶ γὰρ συμβέβηκε διὰ τὸ μῆλον τοῦτο!
ἐθαύμασεν ἡ βασιλὶς τὴν ὥραν τῆς ὀπώρας,
B *ὑπερφυὲς ἡγήσατο τὸ χρῆμα τὸ τοῦ μήλου,*
καὶ φιλοτίμως ἔχουσα πρὸς τὸν καλὸν Παυλῖνον
ὡς συναράμενον αὐτῇ πρὸς ὕψος βασιλείας,
τῷ μήλῳ τῷ πικροποιῷ τὸν ἄνδρα δεξιοῦται.
ἐκεῖνος δὲ τῷ βασιλεῖ τὸ δῶρον ἀντιπέμπει,
μὴ κατειδώς, ὡς ἔοικεν, ὅθεν παρεισεφθάρη·
ἔτυχε γὰρ τῷ βασιλεῖ μὴ συμπαρὼν ὁ τάλας
ἡνίκα Θεοδόσιος ἐδέχετο τὸ μῆλον,
Ἅιδου πικράν, ἂν εἴποι τις, ὀπώραν θανασίμην,
ἧς κηπευτὴς ὁ θάνατος καὶ φυτηκόμος Ἅιδης.
ὁρᾷ τὸ μῆλον ὁ κρατῶν, γνωρίζει τὴν ὀπώραν,
κρύπτει τὸ μῆλον παρ' αὐτῷ, σιγῇ παρακατέχει,
C *πυνθάνεται τῆς γαμετῆς ὅπῃ τὸ μῆλον εἴη,*
εἰποῦσαν ὅτι βέβρωκεν ὅρκοις καταλαμβάνει.
ἡ δέ, τῆς τύχης τῆς πικρᾶς, ὡς ἔοικε, σφαλλούσης
ἀντόμνυσι καταφαγεῖν. τίνα τὰ μετὰ ταῦτα;
εἰς ὑπονοίας ὁ κρατῶν οὐκ ἀγαθὰς ἐμπίπτει,
δείκνυσι τὰ κρυπτόμενον, ἐλέγχει ψευδομένην,

2668 *ῥίζα* R 2670 *ἐπεισεκόμισεν* R 2675 *λαμπρὸν* AR
2680 *γὰρ μὴ συμπαρὼν τῷ παλατίῳ τότε* R

res non minus maximorum incommodorum origo exstitit, atque olim pomum illud Eridis invidiae, quod nocendi causa iis obtulit qui Thetidis atque Pelei nuptiis intererant. nam qualia, quaeso, consecuta sunt? imperatrix pulchritudinem fructus admirari, eumque arbitrari naturae modum excedere. et quoniam Paulinum propterea venerabatur quod valde eam iuvisset in consequenda dignitate imperatoria, virum hoc infelici pomo donat. is vero vicissim munus imperatori mittit, ignorans, uti quidem videtur, unde profectus fuisset: non enim affuerat id temporis imperatori miser, quo pomum acceperat, quod nuncupare quis possit letalem Orci fructum, ab ipsa morte Plutoneque consitum. imperator oblatum intueri, mox agnoscere, clam apud se occultare ac retinere, coniugem interrogare ubinam pomum ab se datum haberet: illa respondere manducatum ab se esse. rursus imperator ei deferre iusiurandum: illa per summam infelicitatem sacramento confirmare pomum ab se manducatum esse. quid hinc factum? imperator suspicionibus malis indulgere, pomum absconditum proferre, coniugem mendacii convincere, excande-

θυμοῦται, μαίνεται, μισεῖ στυγεῖ τὴν βασιλίδα.
ἐντεῦθεν ἐπεμόρμυρε τῶν πειρασμῶν τὸ κῦμα
καὶ συμφορᾶς ἡ θάλασσα καὶ τῶν κακῶν ὁ κλύδων·
ἐντεῦθεν ἀνυπόφορον, ἥλιε, πάθος εἶδες.
ὁ μὲν Παυλῖνος θάνατον ἐτρύγησεν ἐκεῖθεν,
καὶ ξίφος αἱματόχαρτον ἐμέθυσε τῷ φόνῳ·
ἡ βασιλὶς τὸ μῖσος δὲ γνοῦσα τοῦ βασιλέως
εἰς πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὡς τάχος ἀφικνεῖται,
κἀκεῖσε τὸ λειπόμενον ἀνύσασα τοῦ βίου
τῆς φύσεως τῆς γεηρᾶς ἐκτίννυσι τὸ χρέος. D
Οὗτος ὁ Θεοδόσιος τἆλλα μὲν ἦν ἀστεῖος,
χαρίεις, μεγαλόδωρος, βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
ἀλλὰ τοῖς προτερήμασιν εἶχε συναναβαῖνον
καί τι κακὸν ζιζάνιον οἷα τοῦ βίου κῆρα.
ἂν γάρ τις οἷον δήποτε τούτῳ προσῆξε χάρτην,
ἐν ἐρυθρώοις γράμμασιν αὐτὸν ἐσημειοῦτο,
μὴ συσκοπήσας μὴ μαθὼν οἷα τὰ γεγραμμένα.
οὕτως οὐδὲν ἀκέραιον ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει,
οὐδὲν τῆς λώβης ἀμιγὲς τῆς τῶν ἀποπτωμάτων.
ἡ τοίνυν χαριτόστεπτος καὶ θεία Πουλχερία
πολλὴν ἐδείκνυ τὴν σπουδὴν περὶ τὸν βασιλέα,
ἀπαλλαγῆναι θέλουσα τοῦτον τῆς ἁμαρτάδος·
ὡς δὲ πολλὰς καὶ συνεχεῖς πλέξασα παραινέσεις P 56
καὶ λόγοις συνετίσασα τοῖς σωφρονιστηρίοις

2699 ὡς] τὸ RR 2704 τοῖς] γὰρ A 2707 ἐρυθρόοις βάμμασιν R 2710 τῆς ἀπὸ συμπτωμάτων R 2713 ἁμαρτίας R 2715 συνετίζουσα R

scere, furere, imperatricem odio persequi. atque hinc iam fluctus ille tentationum, mare calamitatum, tempestas malorum exundavit; hinc facinus indignum, sol, conspexisti. nam Paulinus ob hanc causam interfectus est, et imperatrix odio mariti perspecto celeriter Hierosolymam proficiscitur, atque ibi exacto reliquo vitae tempore tandem naturae debitum persolvit.

Erat ceteroqui Theodosius comis, facetus, liberalis, semper lectitandis libris occupatus: verum inter has virtutes etiam mala quaedam herba succrescebat, ut sunt res humanae. nam si quis ei chartam offerret, rubris in ea literis nomen imperatorium subscribebat, non inspectis prius iis quae essent in ea perscripta. nimirum in humana natura nihil est quod omnino sit labis expers et ab omni absurditate alienum. quamobrem divinis exornata dotibus Pulcheria, fratrem ab hoc vitio revocare studens, singulari diligentia imperatorem monebat. postea vero quam variis et continuis admonitionibus usa prudentibusque verbis castigato

πλέον ἐπέραινεν οὐδέν, τεχνᾶταί τι τοιοῦτον,
θηρεύει τε τὸν ἀδελφὸν ἀστείαις ἐπινοίαις.
πλάττεται χάρτην ὡς αὐτοῦ δῆθεν τοῦ βασιλέως
οἰκέτιν χαριζόμενον αὐτῇ τὴν βασιλίδα.
δίδωσι τοῦτον τἀδελφῷ, δεῖται τοῦ βασιλέως
ἐνσημανθῆναι τὴν γραφὴν γράμμασι βασιλείοις.
ὁ μὲν ἐπένευσεν αὐτῇ ταῦτα λιταζομένῃ,
καὶ καλαμὶς ἐν ταῖς χερσὶν εὐθὺς τοῦ βασιλέως,
B καὶ πορφυρόβαπτος γραφὶς τὸν χάρτην ἐπιστοῦτο·
ἡ δὲ τὸ γράμμα σημανθὲν ὡς ἕρμαιον λαβοῦσα,
ὡς δούλην ἀργυρώνητον εἷλκε τὴν βασιλίδα.
τοῦ δὲ περιυβρίζεσθαι φήσαντος ἐπὶ τούτῳ,
ἐκείνη τὸ βασίλειον προὔφερε γραμματεῖον,
κἀκεῖθεν ἔλεγεν αὐτὴν εἰς τοῦτο δικαιοῦσθαι.
συνῆκεν οὖν ὁ βασιλεύς, ᾐδέσθη, κατῃσχύνθη,
ἀπέσχετό τε τοῦ λοιποῦ ταύτης τῆς ἀφροσύνης.
καὶ τοῦτο μὲν εἰς ἀγαθὸν κατέληξε τὸ τέλος,
ὡς ἄρα γε τρισευδαίμον καὶ μέρος εὐποτμίας
εὔνοις ἀνθρώποις συνοικεῖν καὶ καθαρῶς φιλοῦσι
καὶ μὴ καταρυπαίνουσι τὰ τῆς φιλαλληλίας.
Ἔτι σκηπτροκρατοῦντος δὲ τούτου τοῦ βασιλέως,
C ἀφυπνισθέντες ὤφθησαν ἐξ ὕπνου μακρολέκτρου
ἑπτὰ καρτερικώτατοι μάρτυρες νεανίαι.

2720 τούτῳ A 2721 τῇ γραφῇ R 2722 ταῦτα] δῆθεν M
2730 συνῆκε γοῦν AMR

fratre nihil se proficere cerneret, huiusmodi quiddam instituit ac molita est. excogitatis ingeniose rationibus fratrem circumvenit, literas fingit, in quibus perscriptum foret imperatorem Pulcheriae sorori coniugem suam veluti mancipium quoddam donasse. hanc chartam fratri offert, rogat hanc scripturam literis imperatoriis munire ac subsignare velit. imperator precibus sororis annuit, mox calamum prehendit manu, et exaratis purpurei coloris literis chartam confirmat. Pulcheria literas manu fratris subscriptas insignis lucri loco accipit, et imperatricem instar coëmpti pretio mancipii secum abducit. cum Theodosius a sorore iniuria se diceret affici gravissima, literas imperatoris illa vicissim proferre, seque dicere fretam his optimo iure quod faceret facere. tum vero rem imperator intelligere, pudore suffundi, ab eiusmodi stultitia deinceps sibi cavere, factum ipsum denique praeclarum ad finem tendere. nimirum in magna felicitatis parte collocandum est, si quis inter homines benevolos, vitae purae studiosos, amorem mutuum labe nulla contaminantes degat.

Ceterum imperatore Theodosio rerum potiente septem illi iuvenes, martyres tolerantissimi, de somno longissimo experrecti ac vulgo con-

τὴν λύσσαν γὰρ ἐκφεύγοντες τοῦ δυσσεβοῦς Δεκίου,
εἰς σπήλαιον αὐτόροφον ὁμοῦ συνεισελθόντες
τοῖς ὅροις παρακείμενον πόλεως Ἐφεσίων,
βαθὺν καὶ μακροκοίμητον ἦσαν ὑπνοῦντες ὕπνον.
ἀφυπνισθέντες τότε δὲ καὶ τοῖς πιστοῖς γνωσθέντες
καὶ τιμηθέντες παρ' αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέως
τὸν νήγρετον κατέδαρθον καὶ τελευταῖον ὕπνον.
Σεισμῶν ἀλλεπαλλήλων δὲ γῆν κινούντων ῥιζόθεν
καὶ συσσειόντων τὰς ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ δονούντων,
καὶ πλήθους τοῦ φιλευσεβοῦς θεὸν ἱλεουμένου, D
αἴφνης παιδίον ἁρπαγὲν μέχρις αἰθέρος ἄνω
τὸν ὕμνον τὸν τρισάγιον ἤκουσεν ὑπ' ἀγγέλων.
ἔμπαλιν δὲ κατενεχθέν, βαβαὶ φρικτῆς ἰσχύος!
ἐν μέσοις ἐξεβόησε πῶς χρὴ τὸν ὕμνον πλέκειν·
ἦσαν καὶ γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ πρὸς τοῦτον ἐσφαλμένοι.
Οὗτος ὁ Θεοδόσιος παρὰ τοῦ Χρυσαφίου
ἀπατηθεὶς καὶ πικρανθεὶς κατὰ τῆς Πουλχερίας
πολλαῖς πολλάκις πειρασμῶν κατέκνισεν ἀκάνθαις
τὴν πάσαις κατακόσμητον τῶν ἀρετῶν ἰδέαις.
εὐνοῦχος δ' ἦν Χρυσάφιος, ἀλάστωρ, κακοήθης,
ἐξάγιστος καὶ φόνιος καὶ βδελυρὸς τοὺς τρόπους·
οὗ τὴν κακίαν ὁ κρατῶν ὡς ὕστερον ἐπέγνω, P 57
δημεύσας τὸν κατάρατον καὶ πένητα ποιήσας

2749 ἀρπαχθὲν R 2752 λέγειν R 2755 μετὰ A 2759 φθόνιος R

specti sunt. nam ut Decii furorem evitarent, in nativam specum haud procul ab Ephesina urbe sitam sese contulerant, ibique gravi et prolixo somno consopiti quieverant. hoc autem excitati tempore ac fidelibus agniti, simulque tam ab ipsis quam imperatore magno in honore habiti, rursus inexcitabili postremoque sopore correpti fuerunt.

Eodem imperante cum continui terrae motus omnia passim funditus succuterent unaque mortalium animos percellerent, accidit ut religiosa multitudine precibus deum placante puer quidam subito ad ipsum usque caelum abreptus hymnum illum sanctissimum ab angelis concini audiret. deinde relatus in terram (proh vim roburque stupendum) in medio mortalium coetu clarissima voce docuit quo pacto hymnum illum cani oporteat. quippe non ita pridem in eo peccatum fuerat.

Hic Theodosius a Chrysaphio deceptus et adversus Pulcheriam exacerbatus saepenumero multis tentationum spinis ornatam omni virtutis genere mulierem pungebat. erat autem ille Chrysaphius eunuchus, communis hominum pernicies, improbus, impuris sanguinariis exsecrandis moribus; cuius nequitiam ubi deinceps imperator cognovisset, publicatis bonis hominem ad paupertatem redactum aequissima lata sententia solum

ὑπεροψίᾳ χαλεπῇ παρέπεμψεν ἐνδίκως.
ἤδη δὲ χρέος τὸ κοινὸν τοῦ Θεοδοσίου δόντος
καὶ τὴν τοῦ σώματος πηλὸν εἰς γῆν ἀποθεμένου,
κρατήσαντος ἐν ἔτεσι τριάκοντα τρισί τε,
εἰς Πουλχερίαν τὴν καλὴν τὸ κράτος μεταβαίνει,
ἥ τις σοφῶς καὶ συνετῶς ἄγαν βουλευσαμένη
ὡς βασιλέως χρῄζουσι τὰ πράγματα Ῥωμαίων,
μετακαλεῖται τὸν χρηστὸν Μαρκιανὸν αὐτίκα,
ἄνδρα σεμνοῖς ἐμπρέποντα καὶ φιλοθέοις τρόποις,
καὶ καταδήσασα φρικτοῖς καὶ βαρυτάτοις ὅρκοις
B ἀδιαλώβητον αὐτῆς τηρῆσαι τὴν ἁγνείαν,
καὶ συγκατατιθέμενον εὑροῦσα καὶ τὸν ἄνδρα,
τὸ στέφος περιτίθησιν αὐτῷ τῆς βασιλείας,
τὸν δὲ Χρυσάφιον πικρῷ θανάτῳ καθυπάγει.
Πάντως δ' οὐκ ἄκαιρόν ἐστιν, οὐδὲ τῆς τέχνης πόρρω,
εἰπεῖν περὶ Μαρκιανοῦ πόθεν καὶ τίς ὑπῆρχε.
πένης μὲν ἦν καὶ ταπεινός, ἀλλὰ χρηστὸς τοὺς τρόπους·
οὐκ ὢν δὲ γένους εὐκλεοῦς, οὐδὲ τῶν ἐπισήμων,
ταῖς τάξεσι συνείλεκτο ταῖς τῶν στρατευομένων.
ἄρτι δὲ νέφους ἰσχυρᾶς μάχης ἀναρραγέντος
καὶ Πέρσαις τοῖς ὑπέρφροσιν ἐπάγοντος Ῥωμαίους,
νόσῳ ληφθεὶς Μαρκιανὸς θάνατον ἀπειλούσῃ
ἔν τινι κώμῃ τῆς λαμπρᾶς Λυκίων ἐπαρχίας
C κατέμεινε σωματικῆς χάριν νοσοκομίας.
ἔνθα φιλίαν ἐσχηκὼς πρός τινας αὐθομαίμους

2780 συνείλκετο A

vertere iussit. cum autem commune debitum naturae Theodosius persolvisset, iamque pulverem corporis in terram deposuisset, ad egregiam illam Pulcheriam imperium pervenit. ea vero sapienter admodum re deliberata, et animadverso rem Romanam imperatoris egere, mox bonum illum Marcianum arcessit, virum gravibus ac religiosis moribus illustrem, eumque sacramentis horrendis obstrictum, quibus se castitatem Pulcheriae minime contaminaturum polliceretur (in quo sane Marcianum promptum et assentientem repperit), imperatoria corona exornat. Chrysaphium vero peracerba morte de medio tollit.

Atque hoc loco non intempestive fecerimus, si de Marciano memoriae prodiderimus, unde prognatus et quis fuerit. nimirum pauper erat et humili quidem ortus loco, sed indole moribusque bonis praeditus. et quanquam ex celebri et illustri familia non esset, tamen consecutus fuerat ut militum ordinibus adscriberetur. forte accidit ut bello inter Romanos et superbos Persas exorto Marcianus gravi correptus morbo, qui mortem ei minitaretur, quadam in urbe illustris Lyciorum provinciae propter debilitatem corporis subsisteret. ibi amicitia cum fratribus qui-

συνῆν καὶ συνδιέτριβεν ὡς φίλος παρὰ φίλοις,
καὶ τῆς δεούσης παρ' αὐτῶν προνοίας ἠξιοῦτο.
τούτοις πρὸς κυνηγέσιον ποτὲ πορευομένοις
Μαρκιανὸς συνείπετο τῆς θήρας κοινωνήσων.
ὡς οὖν διάβροχοι πολλοῖς γεγόνασιν ἱδρῶσι,
πρὸς λόφους ἀνατρέχοντες δυσβάτους θηροτρόφους
καὶ λόχμας ὑποτρέχοντες καὶ πολυπραγμονοῦντες,
κατακλιθέντες ἐπὶ γῆς νήδυμον ὕπνον ὕπνουν.
ἅτερος δὲ τῶν ἀδελφῶν ἀφυπνισθεὶς ταχέως
ὁρᾷ καταδαρθάνοντα Μαρκιανὸν εἰσέτι
καὶ φέροντα βαθύτατον ὕπνον ἐν τοῖς βλεφάροις,
ὄρνιν δὲ τανυσίπτερον, ὀρνεοκράτην ὄρνιν, D
ἀεροπόρους πτέρυγας ἰδίας ἡπλωκότα
καὶ χαριζόμενον σκιᾶς αὐτῷ ψυχαγωγίαν.
οὕτω τι μέγα καὶ σεπτὸν ἡ βασιλεία χρῆμα,
αὐτοῖς ἀξιοτίμητον τοῖς ζῴοις τοῖς ἀλόγοις·
οὕτως αἰδεσιμώτατος ὀρνέοις σαρκοβόροις
ὁ ταύτην ἀναζώσασθαι θεῷ προωρισμένος.
βλέπει, θαυμάζει τὸ συμβάν, τὸν ἀδελφὸν ἐγείρει,
δείκνυσι τὸ τεράστιον, ἀμφότεροι θαμβοῦνται,
καὶ νήψαντι Μαρκιανῷ μετὰ μικρὸν ἐξ ὕπνου
τὸ σκῆπτρον προαγγέλλουσι τῆς αὐτοκρατορίας,
καὶ σφῶν ἐπιμνησθήσεσθαι λιτάζονται τὸν ἄνδρα.
ὁ δ' ἐπινεύει καὶ χρηστὰ καθυπισχνεῖται τούτοις.
καὶ δὴ χρυσίον ἱκανὸν ἐκείνων δεδωκότων P 58

2804 ἀναζώσεσθαι M 2808 σκηπτροκρατορίας M 2809 λιτάζουσι R

busdam inita familiariter apud eos vivebat, suppeditantes ipsi quae ad vitam sustinendam pertinerent. cum autem aliquando venatum exirent, eisque Marcianus se comitem venationis adiungeret, ac iam propter sudores maderent, dum hinc inde cursu conscendunt difficiles aditu colles, ferarumque lustra curiose pervestigant, evenit tandem ut in terram reclinatis corporibus cum voluptate somnum caperent. tum fratrum alter citius experrectus Marcianum quidem adhuc dormientem conspicit, volucrum vero reginam explicatis alis umbram ei praebentem. adeo magnum et augustum quiddam est imperium, ut ipsa quoque bruta honorem ei deferant: adeo volucres etiam crudivorae venerantur hominem, cui divinitus est concessum ut imperio potiatur. cernens igitur ille quid accideret, obstupescit, fratrem excitat, prodigium ei monstrat: utrique res admirationi est. neque multo post experrecto Marciano imperium pollicentur, simul orantes ut ipsorum aliquando recordaretur. annuit ille precibus, ac vicissim utrique se benefacturum promittit. tandem auro, quan-

ἀπάρας πρὸς τὴν Βύζαντος εὐκλεεστάτην πόλιν
Ἀρδαβουρίῳ πρόσεισι τῷ πολυχρυσοτάτῳ.
ἦν δ' ἄρχων Ἀρδαβούριος ἁπάντων τῶν ταγμάτων,
συστράτηγον τὸν Ἄσπαρα καὶ συστρατάρχην ἔχων,
μεθ' οὗ καὶ συναπέπλευσε κατὰ τοῦ Γιζερίχου.
ἦν δ' ἄρχων ὁ Γιζέριχος Λιβύων Οὐανδήλων,
ᾧ πολεμοῦντος Ἄσπαρος ἐκ γῆς ἀπὸ θαλάττης,
ἐξ ἱπποτῶν ἀπὸ πεζῶν, ἀπὸ θαλασσοπλόων,
καὶ καρτερᾶς τῆς προσβολῆς Λιβύων γενομένης,
καὶ τῆς Ῥωμαίων φάλαγγος ἐπὶ φυγὴν βλεψάσης,
ζωγρεῖται καὶ Μαρκιανὸς σὺν ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις,
B *καθείργνυταί τε σὺν αὐτοῖς ἐν δόμοις Γιζερίχου.*
θελήσας οὖν Γιζέριχος ἰδεῖν τοὺς δορυκτήτους
ἄνωθεν στὰς ἐφ' ὑψηλοῦ τοὺς ἄνδρας ἐπεσκόπει,
καὶ βλέπει πρᾶγμα δύσπιστον, Μαρκιανὸν ὑπνοῦντα
καὶ δυσμηχάνητον αὐτῷ σκιὰν σκευαζομένην
ὑπὸ πτερύγων ἀετοῦ. τοῦτο θαμβεῖται βλέψας,
θεῖόν τινα λογίζεται τὸν ἄνδρα χρηματίζειν
καὶ τῆς ἀρχῆς κατάξιον Ῥωμαίων καὶ τοῦ κράτους.
κτεῖναι μὲν οὖν ἀπάνθρωπον ἄνδρα τοιοῦτον κρίνει,
προβεβλημένον ἄνωθεν εἰς βασιλείας ὕψος
(τὸν γὰρ θεοῦ ταῖς κραταιαῖς φρουρούμενον παλάμαις
τίς ἂν ἰσχύσειε θνητῶν ὀλέσαι πρὸ τῆς ὥρας;
ἂν ἡ θεοῦ μεγαλαλκὴς χείρ σε περιφρουροίη,

2817 *Οὐανδάλων* AM 2820 *κρατερῶς* A, *κρατερᾶς* M *συμπλοκῆς* R 2825 *ἀφ'* R 2827 *σκιαζομένην* R 2834 *βροτῶν* R

tum satis esset ab eis accepto, Byzantium proficiscitur, atque ibi Ardaburium, hominem longe opulentissimum, accedit. erat autem hic Ardaburius omnium copiarum imperator, et in eo munere collegam Asparem habebat; quocum Marcianus militatum abiit adversus Gizerichum Africanorum Vandilorum regem. eum cum Aspar oppugnaret terra et mari peditum equitumque copiis, et accideret quodam tempore ut Afri gravissimo cum impetu hostem invaderent ac Romana phalanx fugae se mandaret, forte Marcianus cum multis aliis vivus in hostium potestatem venit. itaque cum commilitonibus in Gizerichi domum perductus carceri mancipatur. cum autem Gizerichus aliquando captivos spectare vellet, eaque de causa in sublimi regiae parte consisteret, incredibile quiddam cernit, dormientem scilicet Marcianum, cui suis alis umbram aquila suppeditaret. ad eam rem obstupescit, divinum hominem esse Marcianum colligit imperioque Romano dignum. quamobrem immaniter se facturum statuit, si virum talem occideret, cui caelitus imperium destinaretur. nimirum hominem quem robustae dei manus custodiunt, quis mortalium possit ante diem e medio tollere? si fortissima dei manus te protegat, ferrum non

οὐ δειλιάσῃς σίδηρον, οὐ ξίφος ὑποτρέσῃς, C
οὐ πῦρ, οὐ θυμοβάρβαρον, οὐ μιαιφόνον ἦθος)·
μεταστειλάμενος δ' αὐτὸν ὅρκοις καταλαμβάνει,
ἂν τῶν Ῥωμαίων ἄρξειεν, ἂν τεύξοιτο τοῦ κράτους,
μὴ πολεμῆσαι Λίβυσι, μὴ μάχην συγκροτῆσαι.
οὕτω καὶ βάρβαρος ἀνὴρ αἰδεῖται βασιλείαν,
καὶ τοὺς θεόθεν τιμητοὺς καὶ θηριῶδες ἦθος
σεβάζεται, φιλάνθρωπον αὐτοῖς ἐπεντρανίζων.
ἐκεῖθεν οὖν ἀπολυθεὶς ἀπὸ τοῦ Γιζερίχου
πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν αὖθις ἐπανατρέχει,
καὶ γῆθεν μεταλλάξαντος ἤδη Θεοδοσίου
ἄναξ ἀναγορεύεται κρίσει τῆς Πουλχερίας
καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχηγὸς καὶ κράτωρ αὐτοκράτωρ.
ἦν δ' ἀγαθὸς καὶ συνετός, ἀστεῖος, φιλοσώφρων,
δένδρον χαριτοφύτευτον, ἄλσος χρηστοτροπίας. D
ἓξ δὲ καλῶς ἐν ἔτεσι τὰ σκῆπτρα διιθύνας,
χοΐ τὸν χοῦν παρέδωκε, τὸ πνεῦμα τῷ κυρίῳ.
Ὡς δὴ τὸν χοῦν ἀπῄτησεν ἡ φύσις ἀπὸ τούτου
καὶ μνήματι κατέκλεισε τὸ γηγενὲς σαρκίον,
ἡ σύγκλητος σὺν Ἄσπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
εἰς Λέοντα μετάγουσι τὴν σκηπτροκρατορίαν,
τὸν φροντιστὴν καὶ λογιστὴν τῶν Ἄσπαρος πραγμάτων,
καθυποσχόμενον αὐτῷ θατέρου τῶν υἱέων
τῷ στέφει τῷ τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι·

2836 περιτρέσῃς R 2839 τεύξηται R, τεύξεται AM v. 2840 om M 2841 βασιλέα R 2846 καταλλάξαντος R 2848 τῆς A, γῆς RR 2852 παρέθετο RR 2853 δὲ RR, γοῦν A 2858 θάτερον MRR

3364 μαΐστρου A   3369 μάϊστρον A   3378 μίσους RR

tione viri cuiusdam illustris et clari, qui dignitate magister, consanguinitate imperatori iunctus esset, nomen deferens, deque illius iniuria querens, quod facultates ei suas omnes eripuisset. audit haec aemulator ille iuris et aequi, viduae querelis animum advertit, commiseratione tangitur, mittit qui magistrum in iudicio comparere iubeant. magister non obtemperare, actionem floccifacere, iudicem per ludibrium irridere, sannis iudicium ipsum exagitare. quia denique prandium imperator lautum praebiturus invitatis nonnullis erat, ei convivio cum aliis interfuturus abit. quid hinc factum? ira iudex accenditur, in regiam se confert, imperatori conspiciendum offert, quem opimo in convivio sedentem videbat: inter alios invitatos etiam rapacem illum accumbentem cernit. eo conspecto singulari fervore cordis inflammatur, et ore liberrimo Iustinum hisce verbis alloquitur "si perstas, imperator, in iis quae semel abs te decreta sancitaque sunt et homines rapaces multari vis, equidem paratus sum atque cupidus ut id praestem quod dudum me praestiturum pollicebat. sin te, qui praefecti munus mihi mandasti, ante actorum paenitet: en facultatem habes eius mihi vicissim auferendi. nam equidem culpa vacare volo, cum tu piaculares et improbos homines amicos facias, iti-

ἐγὼ γὰρ ἀναιτίατος σοῦ ποιουμένου φίλους
D τοὺς ἐξαγίστους καὶ σκαιοὺς καὶ τοὺς ὑπομοχθήρους,
καὶ συμπαραλαμβάνοντος συμπότας ὁμοδείπνους
ἀνθρώπους κακογνώμονας καὶ κακεντρεχεστάτους."
πρὸς ταῦθ' ὁ γαληνότατος καὶ πρᾶος Ἰουστῖνος
περιπαθές τι καὶ βαρὺ καὶ βύθιον οἰμώξας
"εἰ μὲν ἐγώ" φησιν "αὐτὸς ἄδικον εἴργασμαί τι,
αὐτίκα με κατάρραξον τοῦ βασιλείου θρόνου·
εἰ δέ τίς μοι τῶν συμποτῶν καὶ συνανακειμένων,
τοῦτό σοι πάρεστι ποιεῖν ὃ πάλαι διεσκέψω."
βαβαὶ τῆς γαληνότητος καὶ τῆς χρηστότητός σου,
αὐτοκρατόρων ἄριστε, δικαιοφύλαξ πρᾶε.
εἴρηκε μὲν ὁ βασιλεύς, ὁ μάγιστρος δ' αὐτίκα
ἀναρπαγεὶς πρὸς τοῦ κριτοῦ σὺν ἑλκυσμοῖς βιαίοις
ἐκ συμποσίου καὶ τρυφῆς, ἐκ μέσων ὁμοδείπνων,
P 70 ἐκ τραπεζῶν πολυτελῶν καὶ μεγαλοδαπάνων,
ἤγετο πρὸς κριτήριον δίκας ὑφέξειν μέλλων.
ἐστάθη πρὸ τοῦ βήματος τρέμων πεφοβημένος
ὁ πρὶν ὑπεραιρόμενος, ὁ σοβαρός, ὁ γαῦρος.
καὶ πάλιν τὸ μὲν γύναιον ὡς πρώην κατηγόρει
καὶ προύφερε τὴν ἁρπαγήν, ἤλεγχε τὴν κακίαν·
ὁ δὲ πεφίμωτο καὶ βοῦν ἐπὶ τῆς γλώττης εἶχεν,
ὁ πρὶν σοβαροπρόσωπος, ὁ πρώην φρυακτίας.
οὕτως ἀπαρρησίαστον κακομηχάνου στόμα.
ὡς οὖν ζητήσας ἀκριβῶς καὶ πολυπραγμονήσας

3392 **βαθὺ** MR 3395 **καὶ] τῶν** M v. 3399 om M
3400 **συνελκυσμοῖς** A 3401 **καὶ μέσον** M 3403 **ἦγαγε** M
3404 **ὅλος** R 3405 **καὶ σοβαρὸς καὶ** M

demque perversos et ad nocendum ingeniosissimos, conviviis mensisque tuis adhibeas." ad ea placidissimus ille mitisque Iustinus, dolenter ex imo pectore ducto suspirio, "si me ipsum" ait "insolenter aliquid designasse constat, mox imperatorio me throno detrahito. sin aliquis convivarum, qui mecum hic accumbunt, iniurius in quemquam fuit, licet mox facias quod dudum tuo cum animo constituisti." papae, quanta fuit haec in te animi serenitas atque bonitas, imperatorum optime, iuris et aequi mitissime custos. vix imperator haec prolocutus fuerat, cum magister ille per vim a iudice de convivarum coetu mensisque sumptuosis abreptus ad tribunal deducitur, illatae poenas iniuriae luiturus. stabat ante tribunal tremens ac territus, qui non ita pridem elato animo superbiebat. mulier rursus accusationem suam instituebat, quae per rapinam amisisset indicabat, facinoris hominem convincebat. ille contra, ferox antehac et insolens, mutus illic stabat, et in lingua, quod aiunt, bovem habebat. ita nimirum os hominis malefici libertate loquendi destituitur.

ὁ μεγαλόνους δικαστὴς καὶ τοῦ δικαίου φύλαξ
εὗρε παθοῦσαν συμφορὰς βαρυσυμφορωτάτας
τὴν προσελθοῦσαν ὡς χερσὶν ἀδίκοις λῃστευθεῖσαν, B
ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν ἐκεῖνον καταικίζει
καὶ ταῖς χαλάζαις τῶν πυκνῶν μαστίγων μωλωπίζει,
καὶ πᾶν τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς κατάστικτον δεικνύει,
εἶτα ψιλοῖ τὸ γένειον ἕως ἐπιδερμίδος,
κείρει καὶ τρίχας κεφαλῆς, τὸ πρόσωπον αἰσχύνει,
παλιμπετῆ παλίνστροφον ἐπιβιβάζει κτήνους,
δημοσιεύει τὸ κακὸν ἐν μέσοις λεωφόροις,
καὶ θριαμβεύει δυσκλεῶς τοῦτον καὶ στηλιτεύει,
καὶ τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ δεσπότην καθιστάνει
τὴν ὑπ' αὐτοῦ πολλὰ δεινὰ τλᾶσαν καὶ πικρανθεῖσαν. C
οὕτως οὐδὲν ἐφάμιλλον φιλελευθέρῳ γνώμῃ·
οὕτως ἀφιλοχρήματος καὶ μὴ δεδουλωμένος
εὐπαρρησίαστος ἀνὴρ οὐ πρόσωπα λαμβάνει,
οὐ δειλιᾷ τοὺς ὑψηλούς, οὐδένα καταπτήσσει,
πτηνός, ἂν εἴπῃς, ἀετός, εὔπτερος, ὑψιβάμων,
ὑπ' οὐδενὸς κρατούμενος τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων.
ἂν ἔχῃς γνώμην καθαρὰν κερδῶν ὑψηλοτέραν,
ἂν μὴ ῥυπαίνῃς τὴν ψυχὴν λημμάτων κιβδηλίαις,
οὐ πτοηθήσῃ βασιλεῖς, οὐκ αἰσχυνθήσῃ δῆμον,
οὐ πτήξεις ὑπερέχοντας, οὐ μεγαλοδυνάμους.

3413 φοροῦσαν M 3414 ὡς] ἐν R, καὶ R 3415 δεινὸν R ἐκ. κατ.] κατ. τὴν σάρκα M 3418 ξυρεῖ R 3425 φιλελευθέρου γνώμης RR 3432 χρημάτων βδελυρίᾳ R, λημμάτων κιβδηλίᾳ R

cum ergo prudentissimus iudex et aequi iustique custos, re accurate curioseque pervestigata, mulierculam indigna passam suisque facultatibus iniuste spoliatam deprehendisset, crudis boum nervis illustrem illum virum per contumeliam caedi iubet, ac tantopere flagellari, dum corpore toto plagarum cicatrices exstarent. deinde mentum ei denudat ad cutem usque, ac rasis capitis crinibus vultuque deturpato inversum asino imponit, facinus mediis in plateis proclamat, hominem per summam ignominiam circumvehi velut in triumpho et affici contumelia iubet. tandem facultates eius mulieri attribuit, quae oppressa per ipsum acerbeque tractata fuerat. sic nihil ad animum libertatis studiosum comparari potest: sic homo alienus ab avaritia, nec ulli rei mancipatus sed ingenuus, neminis personam acceptat; non excelso conspicuos loco metuit, neminem formidat: dixeris eum esse volucrem, aquilam celerem, sublimia petentem, nullis rebus terrenis addictam. si puram habeas mentem et lucris superiorem, si donorum captione animum non sordidaveris, reges non formidabis, plebem non revereberis, non eximios et magna praeditos potentia metues.

Ἀλλ' ἐπαναχαμπτέον μοι πρὸς τὰ τῆς ἱστορίας.
τοῦτο πολλοὺς ἐφόβησε, τοῦτο πολλοὺς ἐπέσχεν·
ἐντεῦθεν συνεστάλησαν πολλοὶ τῆς ἀδικίας
D τὴν πρόθεσιν καὶ τὴν ὁρμὴν τὴν εἰς πλεονεξίαν·
τὸ δυσπαράκλητον καὶ γὰρ καὶ φοβερὸν εἰς κρίσεις
τοῦ δικαστοῦ κατέσεισεν ἁπάντων τὰς καρδίας.
ἔνθεν γαλήνη πανταχοῦ τῆς δικαιοπραγίας
ἀντὶ χειμῶνος καὶ στυγνῆς θυέλλης ἐφηπλώθη.
ἀντὶ κυμάτων καὶ βρασμῶν ἐγέλασεν εὐδία,
καὶ πέλαγος ἀτάραχον ἐπλέετο τοῦ βίου·
πνεῦμα θεοῦ γὰρ ἄντικρυς ἐπέπνεεν ἡδύπνουν,
καὶ κατεσίγαζε δεινὰς καὶ πολυρρόθους ζάλας.
Τούτῳ συνῆν τῷ βασιλεῖ καὶ σύζυγος Σοφία,
ἀνδρεία, μεγαλόψυχος, μεγαλοδωροτάτη.
ἥτις μαθοῦσα τὸ κοινὸν κόπτεσθαι καὶ στυγνάζειν
ὡς χρέεσι βαρούμενον οἷα δεσμοῖς ἀφύκτοις,
P 71 συναγαγοῦσα τῶν χρεῶν πάντα τὰ γραμματεῖα
αὐτὰ μὲν ἐπυρπόλησε, τοῖς δὲ χρεωφειλέταις
ἀπέδωκε τὰ δάνεια χρημάτων ἐξ οἰκείων.
ὅσοις δ' ἑτέροις ἀγαθοῖς καὶ μεγαλοδωρίαις
ὁ βασιλεὺς ἡ βασιλὶς ἐπίαναν τὰς πόλεις,
ἅπασι πάρεστι μαθεῖν ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων·
καὶ γάρ τοι καὶ μικρότατον γεῦμα τὸν ὅλον πίθον

v. 3437 om M 3438 τῆς πλεονεξίας AR 3446 πολυρρόους R 3457 πίθον ὅλον R

Sed enim ad historiae seriem mihi revertendum est. hoc factum multis terrori fuit et multos in officio continuit. ex eo tempore ab inferendis iniuriis alienisque concupiscendis plerique semet abstinebant: quippe iudicis animus inexorabilis et in iudicando severus mentes omnium perculerat. hinc pro tempestate ac tristi procella succedebat ubique serenitas observationis iusti et aequi: hinc fluctuum et marini cuiusdam velut aestus loco tranquillitas iucunde velut arridebat, vitaeque pelagus citra perturbationem ullam navigabatur. quippe divini cuiusdam gratique venti aura spirabat.

Uxorem imperator hic Sophiam habebat, feminam virilem, magnanimam, munificentissimam; quae cum homines vulgo magno in maerore degere cognovisset, quod aere alieno ceu vinculis inextricabilibus gravarentur, omnibus obaeratorum tabulis collectis, eas ipsas quidem concremavit, at creditoribus quae deberentur ex suo numerari curavit. de quibus hactenus breviter commemoratis intelligere licet quantis ceteroquin etiam bonis quantaque liberalitate tam imperator hic quam imperatrix totas urbes foverint. quippe gustus etiam perexiguus dolii totius,

καὶ πέπλον τὸ εὐύφαντον τὸ κράσπεδον γνωρίζει,
καὶ λέων ὁ μεγάθυμος δῆλος ἐκ τῶν ὀνύχων.
Ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν θυγάτριον ἀλλ' οὐδ' υἱὸς ἐκείνοις,
ὁ βασιλεὺς Τιβέριον εἰσποίητον ὡς παῖδα
ἐπιλεξάμενος δεινὸν ἐν στρατηγίαις ὄντα
πρῶτα μὲν τῷ τοῦ Καίσαρος κατακοσμεῖ στεφάνῳ, B
μετὰ βραχὺ δὲ πρὸς ταὐτὸ συναγαγὼν τὸν ὄχλον,
τοὺς ἱερεῖς, τὴν σύγκλητον, ἅπαντας τοὺς ἐν τέλει,
καὶ παραινέσεσι πολλαῖς ἐνθέοις καταρτίσας,
τὰ σκῆπτρα παραδίδωσι τῆς αὐτοκρατορίας,
ἔτι καὶ ζῶν καὶ περιὼν καὶ μὴ τὰ λοῖσθα πνέων,
ἔτεσι δέκα πρὸς τρισὶ μῆνας σκηπτροκρατήσας.
ἀλλὰ γὰρ ὕπνωσε μικρὸν ἐπιβιοὺς τὸν ὕπνον
τὸν νήγρετον καὶ πάγκοινον, τὸν ἀπὸ τοῦ θανάτου,
καὶ λίθος κατεκάλυψε τὸν τηλικοῦτον ἄνδρα·
οὐ γὰρ καλὸν, οὐκ ἔμπικρον ἡ φύσις δυσωπεῖται,
ὁμοῦ δὲ φύρδην ἅπαντας τίθησι τυμβοχώστους.
Ὡς ἤδη δὲ Τιβέριος παρῆλθεν εἰς τὸ κράτος,
ἐκ πρώτης, ὥς φασί, γραμμῆς ἔδειξε τὰς ἐλπίδας C
μὴ ψευσαμένας ἐπ' αὐτῷ τοῦ προχειρισαμένου.
τὴν μὲν γὰρ μεγαλόδωρον βασίλισσαν Σοφίαν
μυρίαις ἀντημείψατο ταῖς ἀγαθοεργίαις,
τοῖς δ' ὑπηκόοις ὀχετοὺς ἔβλυσεν εὐποιίας

3461 εἰς R 3465 τὴν σύγκλητον τοὺς ἱερεῖς RR 3469 τρισὶν αὐτὸς σκ. R. om versum R 3471 καὶ] τὸν M 3477 ἐν R 3480 εὐκοτίας M

et contexti egregie pepli documentum fimbria praebet, ut leo magnanimus ex unguibus agnoscitur.

Cum autem nullum neque filium neque filiam haberent, Tiberium imperator, hominem in re militari praestantem, adoptatum filii loco, Caesaris primum corona exornat; neque multo post coactis in unum plebe senatu sacerdotibus, universis proceribus, cum multis et divinis omnes cohortationibus instruxisset, eidem imperii sceptra vivus et superstes adhuc nec halitum extremum ducens tradidit. sed enim exiguum ad tempus vita deinceps fruens somno mortis inexcitabili et omnibus communi sopitus est, ac sub exiguum saxum talis tantusque vir conditus. quippe nec formoso nec experienti natura parcit, sed omnes citra discrimen in sepulcra coniicit.

Posteaquam imperium Tiberius occepisset, statim prima, quod dicitur, linea demonstravit minime vanam fuisse spem eius a quo adoptatus et praefectus rebus fuisset. nam munificae imperatrici Sophiae beneficiis infinitis vicem rependit, et directis in subditos benignitatis rivis au-

καὶ φλέβας ἀνεστόμωσε χρυσίτιδας ἀφθόνους.
ἐπὶ παραμυθίᾳ δὲ τῶν νόσοις παλαιόντων
καὶ τῶν καμνόντων τῷ λυγρῷ καὶ πολυπόνῳ γήρᾳ
οἴκους ἀνήγειρε πολλοὺς καὶ πενητοτροφεῖα.
καὶ πρῶτος κατεβάλετο τὰς ῥίζας τοῦ τεμένους
τῶν τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων καλλινίκων.
ἐπὶ δυσὶ σαλεύων δὲ τὸν βίον θυγατράσι
τούτων μιᾷ συζεύγνυσι Μαυρίκιον εἰς γάμον,
D ἄνδρα δραστηριώτατον, τὸ γένος Καππαδόκην,
καὶ μέλλων γαμοδαίσια τῆς νύμφης ἑορτάζειν
ἀναγορεύει Καίσαρα τὸν τῆς παιδὸς νυμφίον.
καὶ μετ' ὀλίγον τελευτᾷ πρὸ χρόνου, πρὸ τῆς ὥρας,
μὴ γήρως ἐφαψάμενος, μὴ κατιδὼν τὸν στάχυν
τῆς ἡλικίας ὥριμον καὶ χρῄζοντα δρεπάνου,
ἰθύνας τὸ βασίλειον τέσσαρσι χρόνοις κράτος.
εὐθὺς δ' ἐπιλαμβάνεται Μαυρίκιος τῶν σκήπτρων,
τοῦ Τιβερίου κρίναντος τὸν ἄνδρα βασιλεύειν.
Οὗτος γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ τὸν Φιλίππικον ἔσχεν,
ἄνδρα γενναῖον, εὔτολμον, μέγαν ἐν στρατηγίαις,
καὶ πλούτῳ περιβρίθοντα καὶ λάμποντα συνέσει,
ἄρτι λιπόντα τὴν λαμπρὰν Ῥώμην τὴν πρεσβυτέραν
P 72 καὶ πρὸς Κωνσταντινούπολιν μετακεχωρηκότα.
τοῦτον λαμπρὸν γενόμενον ἐπὶ τροπαιουχίᾳ
καὶ παραλύσαντα Περσῶν τὸ φρύαγμα τὸ γαῦρον
καὶ καταγωνισάμενον ἐν μάχαις φρικαλέαις
ὑπώπτευε Μαυρίκιος ὡς δὴ βασιλειῶντα

3483 βίῳ A 3484 πενητοτροφίας A 3485 πρῶτα R
3489 Καππαδόκα M 3493 γῆρας AR, γήρους M

reas venas affatim aperuit. praeterea fovendis et alendis aegrotis, senio confectis, pauperibus complures domos exstruxit et destinavit. primus etiam templi 40 Christi testium, praeclara victoria potitorum, fundamenta iecit. cum autem filias tantum duas haberet, earum alteri Mauricium matrimonio iungit, virum ad res gerendas acerrimum, natione Cappadocem; cumque nuptias puellae celebraturus esset, sponsum eius Caesarem renuntiat. neque multo post morte immatura exstinctus est, administrato quattuor annis imperio. eo mortuo Mauricius imperium occipit, quem virum Tiberius dignum iudicaverat, qui regnaret.

Habebat Mauricius affinem Philippicum, suae videlicet sororis maritum, virum generosum, audacem, in ductitandis copiis magnum, opibus locupletem, illustrem prudentia; qui non ita dudum relicta Roma veteri Cpolin commigraverat. hunc victoriis claratum Persicaeque superbiae domitorem suspectum Mauricius habebat tanquam imperii rapiendi cupi-

καὶ παραρπάζειν θέλοντα τὴν αὐτοκρατορίαν.
ἦν δὲ παραίτιον αὐτῷ ταύτης τῆς ὑποψίας,
ὅτι τινὲς τῶν περιττῶν καὶ τῶν προφοιβαζόντων
τῷ Μαυρικίῳ προύφερον ὕθλους τινὰς γραώδεις,
ὡς τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρεθῆναι μέλλοι
πρός τινος ἔχοντος τὸ φῖ στοιχεῖον ἐν τῇ κλήσει.
ἐντεῦθεν ὁ περίλαμπρος, ὁ μέγας ἐν ταῖς μάχαις
τοῦ φθόνου φεῦ ἀποληφθεὶς ἐν μέσοις ἀρκυστάτοις B
μεταμφιέννυται στυγνὴν ἀντὶ λαμπρᾶς ἐσθῆτα,
καὶ τῶν τριχῶν τῆς κεφαλῆς σίδηρος κατορχεῖται
τοῦ πολυόλβου, τοῦ κλεινοῦ, τοῦ καρτεροκαρδίου.
Ἀλλ' ἦσαν ἄρα γηγενῶν ἐπισφαλεῖς αἱ φρένες,
καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα τυφλαὶ τῶν λογισμῶν αἱ κόραι.
εἰς τί μὲν οὖν κατήντησε καὶ τέλος οἷον ἔσχε
τὸ φοίβασμα καὶ κόμψευμα τῶν τερατολογούντων,
τοῖς ἐφεξῆς γνωσθήσεται καὶ τοῖς ῥηθησομένοις·
ὁ δὲ χαγάνος προσβαλὼν Ῥωμαίων τοῖς φρουρίοις
(ἦν δ' ὁ χαγάνος βασιλεὺς Σκυθῶν τῶν προσαρκτίων)
καὶ πόλεις χειρωσάμενος εὐπύργους ἐξ ἐφόδου,
καὶ πᾶσαν Ἰστρογείτονα χώραν ληλατήσας,
καὶ δείξας αἱματόφυρτα τοῦ ποταμοῦ τὰ ῥεῖθρα, C
καὶ ξίφος πᾶν καὶ δόρυ πᾶν τοῖς φόνοις καταλούσας,
τέλος πολὺ συναγαγὼν δορυαλώτων σμῆνος,
εἰς δώδεκα ποσούμενον χιλιανδρίας ὅλας,
πέμπει πρὸς τὸν Μαυρίκιον τὸν κράτορα Ῥωμαίων,

3522 ῥηθήσεται καὶ τοῖς λεχθησομένοις R 3524 πρὸς ἀρκτώων R
3530 ὅλας χιλιανδρίας AMR

dum. et erat obiter quaedam suspicionis huius causa, quod curiosi quidam homines et divinandi periti Mauricio nugas aniles proposuerant, futurum scilicet ut vita pariter imperioque spoliaretur a quodam cuius a Φ litera nomen occiperet. hinc factum ut Philippicus ille clarissimus et magnus in praeliis, medias in casses invidiae delatus, cum veste splendida tristem commutaret capitisque crines amitteret.

Enimvero fallebantur mortalium animi, et oculi ratiocinationum in rebus futuris alucinabantur. vaticinii quidem huius quis fuerit exitus, deinceps a nobis exponetur. ceterum chaganus, Scytharum septentrionalium rex, cum Romanorum castella invasisset, impetu primo quasdam munitas urbes cepisset, omnem Istro vicinam regionem populatus fuisset, amnis ipsius flumina sanguine interfectorum tinxisset, suorum enses et hastas cruore abluisset, tandem magna captivorum multitudine coacta, quae virorum ad duodecim milia contineret, ad Mauricium Romanorum

παρακαλῶν λυτρώσασθαι τοὺς ᾐχμαλωτισμένους
καὶ χρήμασιν ἀλλάξασθαι τὸ πλῆθος τοσαρίθμοις.
ἀλλ' οὐ κατέκαμψεν αὐτοῦ τὴν σκληρογνωμοσύνην
οὐ Σκυθικῆς ὠμότητος ἀπόνοια καὶ λύσσα,
οὐκ ἀγριόθυμος ὁρμὴ χαγάνου τοῦ βαρβάρου,
οὐ πένθος, οὐκ ὀλοφυρμός, οὐ δάκρυ τῶν ἁλόντων·
δεσμὸν γὰρ εἶχεν ἀρραγῆ τὴν φιλοχρηματίαν.
καὶ πάλιν ὁ τριβάρβαρος ἐκεῖνος ὁ χαγάνος
D ἐκπέμπει πρὸς Μαυρίκιον μετριωτέρους λόγους
καθυφιεὶς καὶ τὸ ποσὸν κατάγων τῶν χρημάτων.
ὡς δ' ἦν ἀσπὶς ὁ βασιλεὺς τὰς ἀκοὰς συμβύων
οὐδ' ἀνεχόμενος φωνῆς ἀΐειν ἐπᾳδόντων,
θυμοῦται φεῦ ὡς πάρδαλις, ὡς τίγρις ὁ χαγάνος,
καταψηφίζεται πικρὸν τοσαυτανδρίας πότμον,
θερίζει φεῦ τοῖς ξίφεσι τὸ πλῆθος τὸ τοσοῦτον,
καὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς τοῖς πτώμασι καλύπτει·
τὰς πεδιάδας τὰς ἐκεῖ δείκνυσι λυθροφύρτους,
καταστορέσας ὡς κορμοὺς πεύκης νεκρῶν σωρείαν.
Χρυσὲ διῶκτα, τύραννε, παντόλμε, δολοπλόκε,
πάντων κακῶν ἀκρόπολις, φρούριον ἀπωλείας,
ἑλέπολις, ῥιψέπαλξις, σπαράκτρια τειχέων,
P 73 πόλεων τειχοσείστρια, τινάκτρια δωμάτων,

3532 παρακινῶν AM 3533 ἰσαρίθμοις R 3535 ἀπήνεια R
3536 ἀρχὴ A 3537 δάκρυον ἀλόντων A 3543 φωνὰς R
ᾀδόντων ἐκαΐειν R 3546 σμῆνος M 3547 αἵμασι M
3548 τὰς π.] καὶ π. M 3549 κατασωρεύσας R, ἐγκαταστρώσας R 3551 φρ. ἀπ.] πάντων κακῶν ἡ ῥίζα M

imperatorem mittit, utque captivos redimat hortatur. verum neque Scythicae crudelitatis extremus furor, neque barbari regis immanitas, neque luctus eiulationes lacrimae captivorum flectere durum imperatoris animum poterant, qui ab avaritia totus erat occupatus. rursus ergo barbarissimus ille chaganus, suis ad Mauricium missis, moderatius et aequius agi cum eo iubet, magna de pretio summa deducta. cum autem imperator aspidem imitans aures obturaret nec vocem excantantium admittere vellet, excandescit (proh dolor) chaganus pantherae ac tigridis instar, morti tot homines addicit, tantam (heu) multitudinem gladiis interficit, totam regionis superficiem cadaveribus mortuorum operit, campos omnes sanguine cruentat, acervis hominum interfectorum ad pinei stipitis altitudinem constratos.

O aurum, tyranne crudelis, hominum persecutor, audacissime, fraudulente, arx malorum omnium, omnium malorum radix, castellum perniciei, vastator urbium, propugnaculorum eversor, murorum dilacerator, oppidorum oppugnator, aedium succussor, qualibus malis mortales dive-

οἵοις κακοῖς τοὺς γηγενεῖς κρεωκοπεῖς καὶ τρύχεις!
οὐδὲν ἀνθαμιλλᾶταί σοι πραγμάτων τῶν ἐν βίῳ,
οὐδὲν ἀντιφερίζει σοι πάντων τῶν ἐπιγείων.
μαλάσσεις τὸν ἀμάλακτον, τὸν μαλακὸν σκληρύνεις·
γλῶσσαν ἀνοίγεις ἄφωνον, λάλον ἐπιστομίζεις·
ποιεῖς βραδὺν τὸν δρομικόν, πτηνόπουν τὸν ἀργόπουν.
πειράζεις μὲν καὶ θελγητρὸν ἐπάγεις ταῖς καρδίαις,
καὶ γοητεύεις ἴυγξιν ἀφύκτοις τὰς αἰσθήσεις,
ἀλλά σου τὸ καλλίχροον ὡς ἔχιδνα φαρμάσσει.
θεσμοὺς καὶ νόμους συμπατεῖς καὶ τὴν αἰδῶ διώκεις. B
τυμβωρυχεῖς, τοιχωρυχεῖς, ἀπεμπολεῖς, προδίδως.
λῆρος τὸ κομψευόμενον, ὡς ἔοικε, καὶ μῦθος,
ὡς ἄρα τὸν ἀδάμαντα μόνον αἷμα μαλθάσσει·
τί γάρ σου δραστικώτερον καὶ λίθους ἁπαλύνειν;
τί δὲ τὴν ὑπερίσχυρον ἰσχύν σου διαφεύγει;
Ὧδε μὲν ταῦτα στήτω μοι, τὰ δ' ἐφεξῆς ὁποῖα;
τὸν φόνον τὸν μυρίανδρον ὁ βασιλεὺς μανθάνει,
καταγινώσκει τῆς αὐτοῦ φαυλῆς σμικρολογίας,
λογίζεται τὴν συμφοράν, τὸ πάθος ἀναστένει,
καὶ μεταμέλῳ τὴν ψυχὴν πλήττεται βαρυτάτῳ.
ἐντεῦθεν δάκρυον αὐτῷ συχνὸν ἐκ τῶν ὀμμάτων
καὶ στεναγμοὶ βαρύστονοι καρδίας ἀπὸ μέσης,
καὶ πάταγος βαρύδουπος τὰ στέρνα μωλωπίζων, C

3554 κακοκοιεῖς A 3556 ἀντισφαιρίζει AM 3557 μαλθάσσεις MRR 3567 ἁπαλύνεις R 3571 μικρολογίας R 3575 ἐκ μέσης τῆς καρδίας R

xas! nulla res in hominum vita tecum in certamen descendere potest: nulla res terrena tecum potest in comparationem venire. durum emollis, mollem induras: linguam mutam solvis, loquacem comprimis: currendo valentem tardum efficis, ac vicissim de tardo volucrem. corda inflammas et voluptate quadam demulces, sensus illecebris inevitabilibus ceu praestigiis quibusdam excantas, cum interim venustas illa tua non minus veneno suo quam vipera noceat. leges et iura proculcas, verecundiam et pudorem abigis, sepulchra violas, parietes perforas, nihil non habes venale, nihil non prodis. nimirum frivolum quiddam est ac fabula mera, vulgo quod dicitur, adamantem solum sanguine molliri. quid enim esse te possit efficacius, etiam in saxis emolliendis?

Enimvero de hoc satis. quid deinceps subsecutum? imperator de immensis illis hominum caedibus cognoscit, avaritiam ipse suam damnat, calamitatem acceptam expendit, miseriam tantam deplorat: animus paenitudine gravissima percellitur. hinc crebrae in oculis lacrimae, gemitus ex intimo corde ducti, graves et cum vibicibus coniunctae pectoris ver-

ὀλολυγμοὶ καὶ βρυχηθμοὶ καὶ πρὸς θεὸν ἐντεύξεις
μὴ πρὸς τὸ μέλλον τὰς ποινὰς αὐτῷ θησαυρισθῆναι,
ἐνταῦθα δὲ τοῦ πταίσματος τὰς δίκας εἰσπραχθῆναι.
κάμπτεται τούτοις ὁ θεὸς τοῖς γόοις, ἐπικλᾶται,
οἰκτείρει λιταζόμενον ἐκθύμως τὸν κρατοῦντα,
καὶ πρὸς τὴν αἴτησιν αὐτοῦ ταχέως ἐπινεύει,
σὺν ἀναρίθμοις δὲ στρατοῖς ὀπτάνεται κατ' ὄναρ,
καὶ τῷ Φωκᾷ τῷ φονικῷ κελεύει παραδοῦναι.
ἦν ταῦτα, καὶ μετὰ μικρὸν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου
ὁ κάκιστος ἐφίσταται Φωκᾶς τοῖς βασιλείοις,
ἐξαιτησόμενός τινα παρὰ τοῦ βασιλέως·
D καὶ μαστιχθεὶς καὶ διωχθεὶς ἐφ' οἷς ἀπεφλυάρει
ἀνθυποστρέφει, φαίνεται λοχάρχαις φαλαγγάρχαις
πνέων μανίας καὶ θυμοῦ, καὶ λόγους ἀποπτύων
φληνάφους, ἀποπέμποντας ὀσμὴν ἀπαιδευσίας,
καὶ λύσσαν ἐρευγόμενος κυνὸς ὑλακομώρου.
δεινοπαθεῖ τὸ στράτευμα ψευσθὲν τῶν ἠλπισμένων,
καὶ συνελθόντες εἰς ταὐτὸ στρατάρχαι κλιματάρχαι
κράτορα φεῦ τὸν λυσσητὴν Κέρβερον καθιστῶσιν,
ἄνδρα λῃστήν, βαρύθυμον, φόνιον, ὁρμητίαν.
'Ὡς δ' ἔμαθε Μαυρίκιος καὶ τὴν ἀποστασίαν
καὶ τὸν ἀλάστορα Φωκᾶν κρατοῦντα φεῦ Ῥωμαίων,

3579 πτώματος AM 3586 τὴν βασιλίδα R, τοῖς στρατιώταις A 3587 ἐξαιτησάμενος R 3591 ἀπὸ καρδίας R 3595 λυσσηρὸν R, μισητὸν R 3598 Φωκᾶν κρατοῦντα τῶν Ῥωμαίων R

berationes, ululatus, rugitus, ad deum supplicationes, ne ad vitam secuturam supplicia cumularet, sed hic lapsus sui poenas exigeret. hisce lamentis deus flectitur, imperatoris toto pectore supplicantis commiseratione tangitur, precibus ipsius annuit. sed tamen inter innumerabiles copias Mauricio se per quietem spectandum exhibet, eumque sanguinario Phocae tradi iubet. non magno temporis interiecto spatio sceleratissimus ille Phocas e castris advenit, quaedam ab imperatore commilitonibus suis exoratus. cumque flagris caesus et eiectus e regia foret ob ea quae importune deblaterasset, in castra revertitur, cohortium phalangumque ductores adit, meram spirans insaniam, plena iracundiae verba exspuens, quaeque meram stoliditatem et imperitiam redolerent, latrantis denique canis in morem nil nisi rabiem eructans. quin etiam miseriam exercitus amplificat, spe sua frustrati. quapropter in unum coacti copiarum et provinciarum duces furiosum hunc Cerberum (proh impium facinus) imperatorem declarant, sceleratum inquam latronem, iracundum, sanguinarium, quaevis ad flagitia promptum.

Mauricius ubi de militum defectione certior factus esset ac pestem illam communem Phocam imperatorem renuntiatum esse didicisset, cona-

ὥρμησε μὲν διὰ φυγῆς κλέψαι τὴν σωτηρίαν, P 74
ἀλύξαι δ' οὐκ ἐξίσχυσε τὰς πανσθενεῖς παλάμας·
τὸν γὰρ κρατῆρα τῆς ὀργῆς καὶ τῆς δικαίας ψήφου
ἔμελλεν ἄκρατον πιεῖν ἄχρι καὶ τοῦ τρυγίου.
τοίνυν ἁλίσκεται φυγὼν ἅμα τῇ βασιλίδι
καὶ τοῖς φυεῖσιν ἀπ' αὐτοῦ πορφυροφύτοις κλάδοις.
ὁ δὲ θεομισέστατος ἀνθρωποφόντης δράκων
πάντας ὁμοῦ συναγαγὼν ἐπ' ὄψει Μαυρικίου
καρατομεῖ θηριωδῶς τὰ πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας
τοὺς ἐν ἀκμῇ, τοὺς νεογνούς, εἶτα τὴν βασιλίδα,
καὶ μετ' αὐτοὺς Μαυρίκιον (τῆς ἀνοχῆς σου, λόγε!)
χρόνοις ἐφ' ὅλοις εἴκοσι κρατήσαντα Ῥωμαίων.
Εἰς τοῦτο μὲν ἀπέβησαν αἱ φλήναφοι τερθρεῖαι B
καὶ τὰ χρησμοδοτήματα τῶν περισσολογούντων·
ὡς δ' ἐπελάβετο Φωκᾶς τοῦ κράτους καὶ τῶν σκήπτρων,
εὐθὺς ἐκ πρώτης, ὥς φασι, βαλβῖδος παρεγύμνου
τὸν θῆρα τὸν πικρόθυμον τὸν ἔνδον κεκρυμμένον·
ἦν γὰρ τοὺς τρόπους φονικός, ὑγρόβιος, λυσσώδης,
ἀκρατοπότης, πάροινος, ἀκρόχολος, οἰνόφλυξ.
ἐντεῦθεν αἵματα ῥοφεῖν ὥσπερ βαρύφρων λέων
καὶ σάρκας βρωματίζεσθαι ῥυηφενῶν ἀνθρώπων
πόσιν ἐνόμιζε τερπνήν, νέκταρος γλυκυτέραν.

3599 *διαφυγεῖν* M   3602 *μέχρι* A   3605 *θεομισότατος ἀνθρωποφάγος* R   v. 3610 om RR, suffecto alter epigrammate illo A. P. 2 p. 792 n. 102. qui habent, post 3612 habent. transposuit Meursius.   3612 *περισσοσοφούντων* RR   3615 *κεκλεισμένον* A   3616 *τὸν τρόπον* M   3618 *αἱματοροφεῖν* A, *αἷματα ῥοφᾶν* RR

batur ille quidem fuga saluti suae consulere, verum de manibus illis omnipotentibus elabi nullo modo poterat: nam decretum erat ut irae iustique iudicii craterem ad ipsas usque faeces exhauriret. quapropter in fuga cum imperatrice ac natis in imperio liberis capitur. deinde invisissimus ille deo cruentusque draco, cunctis in conspectu Mauricii collectis, primo quidem liberis tam adultis quam iunioribus capita praecidi iubet, hinc imperatricem, ad extremum Mauricium interficit. o quanta patientia tua est, fili dei sermo.

Atque hic fuit exitus illarum praestigiarum et vaticiniorum, quae ab hominibus curiosas nimium artes tractantibus profecta fuerant. posteaquam Phocas imperium occupasset, a primis, quod aiunt, carceribus belluam acerbam intra ipsum abditam ostentabat. nam moribus et indole sanguinaria praeditus erat, humida vita gaudens, furiosus, temulentus, in vino immodestus, iracundus, ebriosus. hinc fiebat ut in morem feri leonis sanguinem sorberet, ac opulentorum hominum carnibus vesci pro suavi potione duceret ipsoque nectare dulciori. Narsem illum copiarum

C οὗτος Ναρσῆν τὸν στρατηγόν, τὸ τῶν Ῥωμαίων θαῦμα,
πυρὸς τροφὴν πεποίηκε, καὶ τὸ τῆς παροιμίας,
νεᾶνιν καλλιπρόσωπον ἐστέρησεν ὀμμάτων,
τηλίκον ἄνδρα στρατηγὸν Ῥωμαίους ζημιώσας,
καὶ μέρος καίριον τεμὼν ἐκ τῆς ὁλομελείας
τὸ κάλλιστον ὁ κάκιστος ἠνθράκωσε καμίνῳ,
τὸν καὶ ζωῆς ἐπάξιον, εἰ δυνατόν, ἀλήθου
ὁ τρισμυρίων ἄξιος πότμων πικροθανάτων.
ἀλλὰ γὰρ ἤλγησεν ἡ γῆ λιμναζομένη φόνοις,
καὶ λυθροστάλακτος αὐτῷ καθ᾽ ὥραν γινομένη
βοὰς ἐξέρρηξεν οἰκτρὰς ἐκ στόματος ἀλάλου,
καὶ τῆς τιγροπαρδάλεως κατεῖπε τῆς λυσσώδους.
ἤνοιξε βλέφαρα θεός, ἔβλεψε τὴν κακίαν,
D καὶ κατοικτείρας τὰς σφαγὰς τῶν κρεανομουμένων.
τὴν δίκην ἐψηφίσατο τὴν τῆς ταυτοπαθείας.
τῶν γὰρ ἐν τέλει καὶ λαμπρῶν τινὲς καὶ τῆς συγκλήτου,
ὡς ἄρνας βλέποντες πικρῶς ἀνθρώπους θυομένους,
δημευομένους ἀπηνῶς, οἰκτρῶς σπαρασσομένους,
καὶ πῦρ ὑφέρπον πανταχοῦ καὶ φλόγας ἐριβρόμους
ἀποτεφρούσας τὰ λαμπρὰ τῶν οἰκοδομημάτων,
καὶ θῆρα τὸν ὠμόθυμον πίνοντα μὲν τοὺς φόνους,
ὅμως μὴ κορεννύμενον ἀλλὰ διψῶντα πλέον,

3627 καὶ τὸν A ἀλέθου M, consentientibus, ut videtur, libris. an ἀλύτου? quod est v. 4434. 3630 αὐτῇ RR 3631 πικρὰς R 3634 κατοικτείρων MR 3636 καὶ τῆς] ἐκ τῆς RR 3639 φλόγα ὑφουμένην M

ducem, qui miraculum Romanorum erat, igni concremavit; atque hoc facto iuvenculam, ceu dici proverbio solet, eleganti vultu praeditam oculis privavit. proh qualem hoc viro extincto ducem Romanis ademit! nimirum e tota membrorum serie membrum longe utilissimum exsecuit, ac vir sceleratissimus optimum, infinitas acerbissimasque mortes commeritus perpetua, si fieri posset, vita dignum in carbones ac favillam redegit. enimvero tellus ipsa caedibus restagnans maerebat, et sanguinis stillicidio conspersa singulis horis, hominem intuita, voces plane miserabiles ex ore muto proferebat, et tigropardalim furentem accusabat. quapropter oculos deus aperuit, et hominis improbitate perspecta, miseratus eorum mactationes qui dilaniabantur, tale supplicium ei destinavit, ut quae ipse designasset, ea vicissim ab aliis perpeteretur. itaque proceres et illustres ac senatorii quidam ordinis viri, cum homines agnorum instar miserrime iugulari, proscribi crudeliter, miserandum in modum lacerari cernerent, ignemque hunc adeo cum flammis illustres domos in cineres redigentibus latissime serpere, immanem denique belluam caedibus quidem crudeliter pasci, non tamen exsatiari sed magis etiam sitire, de

ἀγωνιῶσιν ὑπὲρ σφῶν, κινδύνους ὑφορῶνται,
τῷ στρατηγῷ τῆς Ἀφρικῆς γράφουσιν Ἡρακλείῳ P 75
στόλον κροτῆσαι δύσμαχον σκαφῶν θαλασσοπλόων,
καὶ προβαλέσθαι στρατηγὸν ναύαρχον καὶ στολάρχην
τὸν παῖδα τὸν Ἡράκλειον κατὰ τοῦ παρανόμου.
ἤκουσε ταῦθ' Ἡράκλειος, εἰς μάχην ἠρεθίσθη,
καὶ στόλος ὑγροκέλευθος τὴν θάλασσαν ἐπλήρου,
καὶ πλοῦς ἐγίνετο ταχὺς ἐπὶ τὴν Βυζαντίδα.
μανθάνει ταῦτα καὶ Φωκᾶς, στρατὸν ἀντεφοπλίζει,
καὶ στόλον ἀνεμόπτερον ἀντίπλουν ἑτοιμάζει.
ἀλλ' ἐπολέμει καὶ θεὸς καὶ πόντος τῷ τυράννῳ,
καὶ συμβαλὼν ὁ κάκιστος ἡττᾶται κατὰ κράτος,
αἰσχύνεται, διώκεται, ζωγρεῖται τελευταῖον. B
ὃν καὶ λαβὼν Ἡράκλειος ἐνδίκως κατασφάττει,
ὀνειδισμοῦ τοῖς βέλεσι πρότερον κατατρώσας.
οὕτω ψυχὴν τὴν φονικὴν ἐξέρρηξε βιαίως
ἡ βούβρωστις ἡ κοσμική, φάρυγξ ἡ παντοφάγος,
ὁ τοῦ θανάτου πρόσπολος, ὁ φίλος Ἐρινύων,
ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ βιαίως τυραννήσας,
καὶ γέγονε βρωματισμὸς ὀρνέων σαρκοβόρων.
εὐθὺς δὲ προσεγέλασε τὸ κράτος Ἡρακλείῳ.
Τούτῳ πατρὶς Καππαδοκῶν ἡ τρισευδαίμων χώρα,
καὶ γένος τῶν ἐπιφανῶν καὶ τῶν κομώντων πλούτῳ.

3643 ὑφορῶντες R 3645 θαλασσοπλοίων RR 3646 σχολάρχην AM 3648 πρὸς R 3652 ἀνεμόστολον R 3653 πάντως M, στόλος R 3661 ἐν RR βιώσας AM v. 3662 om RR

semet ipsis angi occipiunt, imminentia pericula formidant, Heraclio duci Africae per literas significant, classem validam instrueret, eique filium Heraclium contra sceleratum imperatorem praeficeret. his cognitis Heraclius ad bellum sese comparat. iamque classis occupato mari recta celeriterque Byzantium contendebat. eo motu Phocas intellecto vicissim et ipse militum copias instruit, hostibusque velocissimam classem opponendam comparat. verum ipse deus et ipsum mare bellum adversus tyrannum gerebant. cumque facinorosissimus homo manum cum hoste conseruisset, acerrimo praelio vincitur, pudore afficitur, persequentibus adversariis tandem vivus capitur. oblatus Heraclio aequissimo iure trucidatur, cum prius variis probris affectus fuisset. sic violenta morte cruentam animam efflavit illa totum mundum absorbere conata voracitas, gula cuncta glutiens, minister mortis, amicus dirarum, cum tyrannidem totis annis octo per vim obtinuisset.

Mox autem Heraclius rerum potiri coepit, cui patria quidem erat Cappadocum illa felicissima regio, generis autem origo ab illustribus

ἦν δὲ στρατηγικώτατος, ἄλκιμος, θυμολέων,
ὁπλίτης καρτερώτατος, ὀξύχειρ, βριαρόχειρ.
υἱὸν δὲ σχὼν οὐκ ἀγενῆ τοὔνομα Κωνσταντῖνον,
C *ἐπείπερ ἡ βασίλισσα κατέλυσε τὸν βίον,*
Μαρτίναν προσηρμόσατο πρὸς λέχους κοινωνίαν·
ἦν δὲ Μαρτίνα βασιλεῖ μητρόθεν ἀδελφόπαις,
ἐξ ἧς υἱὸς Ἡρακλωνᾶς γέγονεν Ἡρακλείῳ.
ὃς ὕστερον ἀπατηθεὶς ἀνθρώποις κακοτρόποις
τοῖς δόγμασιν ὑπέκυψε καὶ ταῖς φρενοβλαβείαις
τῶν ἐν Χριστῷ τὴν θέλησιν μίαν φλυαρησάντων.
Τότε Χοσρόης ὁ Περσῶν ὑπέραυχος δυνάστης,
τὴν πᾶσαν ληϊσάμενος Ἀσίαν καὶ σκυλεύσας,
ἕως αὐτῆς τῆς εὐκλεοῦς ἤλασε Βυζαντίδος,
ὑπέροφρυ τὸ στράτευμα καὶ σοβαρόφρον ἄγων,
κατάφρακτον τοῖς θώραξι, βρέμον ἐν τοξουλκίαις,
δορατοφόρους αἰχμητάς, δυσμάχους λογχοφόρους,
D *καὶ γένος πᾶν ἀρεϊκὸν ἐκ Μήδων, ἐκ Χαλδαίων,*
ἐξ Ἀσσυρίων, ἐκ Περσῶν, Βακτρίους, Παρθυαίους,
χρυσεοπήληκας, ἁβρούς, πάντας φαρετροφόρους,
μυκτηροκόμποις βρέμοντας ἵπποις χρυσοφαλάροις.
ὡς οὖν ἑώρα βασιλεὺς ἀμήχανον συμμῖξαι
Χοσρόου τοῖς στρατεύμασιν (ὑπὲρ γὰρ ψάμμον ἦσαν),
βουλεύεταί τι δραστικὸν καὶ πλῆρες ἀγχινοίας.

3669 *κατέλιπε* M 3670 *γάμου* R 3676 *ὑπέρμαχος* R
3678 *βασιλίδος* R 3682 *καὶ Μήδων καὶ* R 3686 *ἀμηχανῶν* M

viris amplaque fortuna florentibus. rei militaris peritissimus erat, fortis, leonino praeditus animo, laborum tolerantissimus, manu promptus, robustus. Constantinum filium minime degenerem ex coniuge prima suscepit, qua rebus humanis exempta Martinam ad vitae societatem adscivit. erat haec imperatori ex avunculo consobrina, de qua natus est ei filius Heraclonas. Heraclius ipse deinceps ab hominibus improbis circumventus eorum decretis et erroribus assensus est, qui unam in Christo voluntatem esse nugati sunt.

Id temporis Chosroës arrogantissimus rex Persarum, Asia tota direpta spoliataque, pervenit ad ipsum usque Byzantium, copias sane superbas et insolentes secum ducens, nimirum loricatos, sagittarios, hastatos aliosque pugnandi peritos, de quavis natione bellicosa collectos, de Medis, Chaldaeis, Assyriis, Persis, Bactrianis, Parthis; qui omnes galeis utebantur aureis, eleganter instructi, pharetris muniti, generosis equis insidentes, quos aureae phalerae contegebant. cum ergo videret imperator fieri nullo modo posse ut praelium cum exercitibus Chosrois committeretur, qui tantum non arenam multitudine superabant, consilium efficax et sagacitatis plenum capit. virgini quidem dei matri Byzanti-

τῇ κόρῃ τῇ θεόπαιδι τὴν πόλιν ἐπιτρέπει
καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸν λαόν, αὐτὸς δ' ἐντεῦθεν ἄρας
καὶ συλλεξάμενος στρατὸν ἐκ γῆς ἀπὸ θαλάσσης,
ψιλοὺς ἐνόπλους ἱππαστὰς ὁπλίτας σακεσφόρους,
εἰς γῆν εἰσβάλλει Περσικήν, προσβάλλει καὶ φρουρίοις
καρτεροτείχοις ἐρυμνοῖς εὐπύργοις στερροπύργοις,
φθείρει πορθεῖ ληλατεῖ πᾶσαν τὴν ὑπὸ Πέρσας, P 76
ἄγαν σοφῶς τεχνώμενος μεθέλκειν Βυζαντόθεν
κἀντεῦθεν ἀντιπερισπᾶν Χοσρόου τὰς δυνάμεις.
πόλεων γοῦν τῶν Περσικῶν ἐκείροντο τὰ κάλλη,
ἀγροὶ πυρὸς ἐγίνοντο δαπάνη πολυξύλου,
ἠνδραποδίζοντο πικρῶς ὑπέρακμοι πρωθῆβαι,
γυναῖκες καλλιπλόκαμοι, κορίσκαι, γηραλέαι,
καὶ παῖδες ὑπαγκάλιοι, γαλακτοφάγα βρέφη.
ἐλούετο τοῖς αἵμασιν ἡ τῶν Ῥωμαίων σπάθη,
ἡρπάζοντο βοσκήματα, μητέρες ἠτεκνοῦντο,
καὶ στόνος κατελάμβανε τὴν Περσικὴν καὶ γόος·
πτηνὴ γὰρ ἐκδικήσεως ἐπέτρεχε ῥομφαία,
καὶ πάσας κατεβόσκετο σπάθη θυμοῦ τὰς πόλεις.
ἀκούει ταῦθ' ὁ βασιλεὺς Περσῶν ὁ φρυακτίας, B
καὶ τὰ γινόμενα μαθὼν ἀπαίρει Βυζαντόθεν.
προῆγε μὲν Ἡράκλειος εἰς μέσην τὴν Περσίδα,
ὁ δὲ Περσάρχης πρὸς αὐτὸν ἤλαυνεν ὀπισθόπους.
καὶ γενομένης ὑπ' ἀμφοῖν καρτερομάχου μάχης
καὶ προσβαλόντων φρικωδῶς ἀλλήλοις τῶν ταγμάτων

v. 3691 om M   3692 ἱππευτὰς AR   3699 ἐγένοντο A   3702 γαλακτοτρόφα M   3707 ἐπεβόσκετο R   3709 γενόμενα RR

nam urbem cum filio populoque committit: ipse vero ab urbe profectus, coactisque copiis tam mari quam terra, levis et gravis armaturae militibus, equitibus, statariis, scutatis, ad Persicos fines contendit, castellis munitis copias adhibet, urbes evertit, universam Persarum dicionem diripit, perquam sapienter hostem a Byzantio cogitans abstrahere et copias eius a se in vicem divellere. itaque Persicarum urbium segetes demetebantur, igne vastabantur agri, peracerbe rapiebantur in servitutem aetate provectiores, ancillae, mulieres formosae, puellae, vetulae, infantes qui ulnis gestabantur et adhuc lactebant; gladii Romanorum in sanguine abluebantur, diripiebantur pecudes, matres liberis orbabantur: totam denique Persiam lamentationes et ploratus occupabant. quippe volucris gladius ultionis advenerat, et iracundus ensis urbes universas depascebatur. audit haec superbus ille rex Persarum: mox obsidionem Byzantii solvit. interea mediam in Persidem suis cum copiis Heraclius penetrat. eum a tergo consectabatur Persarum princeps. cumque praelium acre commissum inter utrosque foret, immensa quidem utrinque

νεκροὶ μὲν ἑκατέρωθεν ἐγένοντο μυρίοι,
πλὴν ὅμως καθυπέρτερα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἦσαν.
ἔβλεψε τότε καὶ Περσὶς ἐκ Βυζαντίου σπάθην
θεριστικὴν ἀμφίστομον, δρεπάνην πετομένην
καὶ πόλεις ἀφανίζουσαν καὶ τοὺς ἀγροὺς πορθοῦσαν.
C καὶ πάλιν ἄλλο συνετὸν ὁ βασιλεὺς τεχνᾶται·
ἦν γὰρ ἐμπειροπόλεμος εὐμήχανος στρατάρχης.
μικρὸν ὑπολειπόμενος τὸν δρόμον ὑποτέμνει,
καὶ Περσικοῦ στρατεύματος σὺν ἅμα τῷ Χοσρόῃ
ὑπερδραμόντος καὶ στρατὸν Ῥωμαίων παρελθόντος
αὐτὸς ἐκείνοις φεύγουσιν εἵπετο κατὰ νώτου,
καὶ μυριάκις συμπλακεὶς ἀντινωπίοις μάχαις
καὶ τοῖς ὀστοῖς τοῖς τῶν Περσῶν τὰ ξίφη διαθρύψας
τὸν βάρβαρον οὐκ ἔληγε διώκων καὶ συμπνίγων,
ἕως αὐτοῦ τὸ προσγενὲς καὶ τῶν Περσῶν οἱ κρείττους
καὶ πᾶν αὐτοῦ τὸ φίλιον καὶ πάντες φαλαγγάρχαι
καὶ παῖς αὐτοῦ πρωτόσπορος πρωτόφυτος Σιρόεις
τὸν ἐναγῆ καὶ βδελυρὸν Χοσρόην μυσαχθέντες
D δεσμῷ στερρῷ συσφίγγουσι πολυχανδὲς ὡς κῆτος,
ὡς λέοντα βαρύθυμον, ὡς πάρδαλιν ἀγρίαν,
καὶ τῷ λιμῷ πιέζουσι καὶ τέλος θανατοῦσιν.
ἐν ἑξαμέτρῳ τοιγαροῦν ἡλίου περιδρόμῳ
τὴν Περσικὴν καὶ Μηδικὴν Ἡράκλειος ἐκτρίψας
καλλίνικος ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν βασιλίδα.

8714 ἐγίνοντο RR 3717 ἀμφίτομον A 3727 ἔληξε R
8730 αὐτῷ R 8732 πολυχανὲς A 8736 συντρίψας R
8737 Βυζαντίδα MRR

multitudo mortalium cecidit, victoria tamen penes Romanos stetit. vidit id temporis etiam Persarum regio Byzantium gladium secandi non ignarum, ancipitem, falci volanti consimilem, urbes abolentem, agros vastantem. rursus imperator aliud quiddam prudenter molitur, quippe gerendi belli peritus et dux copiarum industrius ac ingeniosus. progressionis impetu nonnihil remisso a tergo manebat; cumque Persicus exercitus una cum Chosroë pleno cursu Romanorum copias praeteriisset, ipse fugientes a tergo consectabatur, et praeliis adversis hostem saepissime adortus magnaque multitudine caesa regem barbarum persequi ac premere non desinebat, donec tandem eius consanguinei, Persarum optimates, amici regii, copiarum duces universi, cum primogenito filio Siroë, detestandum illum et exsecrabilem Chosroem abominati in vincula coniicerent ceu cetum quendam capacissimum, ceu leonem iracundum, ceu pantheram immanem; ubi fame pressus vivendi finem fecit. itaque sexennio toto in exscindendis Persarum Medorumque regionibus exacto victoriosus imperator Byzantium reversus est.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐνιαυτοῖς ἀπέβησαν ὑστέροις·
ἀλλ' ἔτι διατρίβοντος ἐν Πέρσαις Ἡρακλείου,
τοῦ δὲ Περσῶν στρατεύματος ἀντιπολιορκοῦντος
καὶ χαίνοντος καταπιεῖν τὴν πόλιν τὴν ὀλβίαν,
ἄλλος τραχὺς βαρύβρομος μυριοκύμων κλύδων
ἀντεπηγέρθη, φοβερὸν βρυχόμενος ὡς λέων,
καὶ κατακλύζειν ἀπειλῶν τὴν τηλικαύτην σκάφην.
ταῖς Περσικαῖς γὰρ Σκυθικαὶ δυνάμεις συνδραμοῦσαι P 77
καὶ φάλαγγες ἰσόψαμμοι θηριωδῶν Ἀβάρων,
ὡς χείμαρροι βαρύδουποι σὺν ψόφοις συρραγεῖσαι,
καθάπερ εἰς μισγάγκειαν τὴν πόλιν ἐπερρόθουν.
οἱ Πέρσαι τὰς παρεμβολὰς εἶχον ἀντενωπίους
(καὶ μέχρι γὰρ Δαμάλεως καὶ τῶν Καλχηδονίων
αἱ σφῶν δυνάμεις κέχυντο βαρύθρουν λαλαγοῦσαι),
Ἄβαρες πρὸς τοῖς τείχεσιν ἐφήδρευον καὶ Σκύθαι,
καὶ πᾶν δεινὸν καὶ πᾶν στυγνὸν ἐφαίνετο προὔμμάτων.
ἐκεῖθεν ἦχει φοβερὸν ἡ Σκυθοτρόφος Σκύλλα, B
ἐντεῦθεν τῆς Χαρύβδεως ἠνοίγετο τὸ στόμα,
καὶ μέσον ἐχειμάζετο τῆς πόλεως τὸ σκάφος,
καὶ πανταχόθεν κίνδυνος καὶ πανταχόθεν σάλος.
ὁ δὲ καιρός, ὡς ἔοικε, φιλονεικῶν ὁ τότε
ἄλλο μηδὲν παραλιπεῖν μεῖζον κακὸν ἀνθρώποις,

3741 *χαίροντος* R 3742 *ταχὺς* A *βαρύστονος* R, *βαρύθυμος* M *βιαιοκύμων* A 3747 *χειμῶνος* R 3748 *ἐς σμιγάγκειαν* A 3750 *Χαλκηδονίων* A 3753 *πραγμάτων* R

Sed haec annis sequentibus acciderunt. cum autem Heraclius adhuc in Persia commoraretur et Persarum exercitus urbem Byzantinam sic obsideret ut ei devorandae prorsus inhiaret, alia quaedam gravis tempestas excita est, quae et ipsa navem illam se demersuram minitaretur. etenim ad exercitus Persicos etiam copiae Scytharum accedentes arenisque pares immanissimorum Avarum phalanges, torrentium in morem eruptione simul facta, versus urbem, ceu cavam quandam vallem, ingenti cum strepitu ferebantur. Persae castra metabantur ex adverso urbis, ad Damalim ac Chalcedonem usque diffusis eorum agminibus, quae quidem sonum horrendum edebant: Avares et Scythae sub ipsis moenibus haerebant. nulla non tristis et horrenda sese facies oculis ostentabat. ab una parte terribiliter Scythica Scylla strepebat, ab altera Charybdis os patulum conspiciebatur: in harum medio scapha urbis magna tempestate iactabatur, cui nulla non ex parte periculum procellis imminebat. cum denique tempus illud, uti quidem videtur, in hoc tota virium contentione incumberet, ne quod aliud malum apud homines calamitate illius aetatis maius exstaret, cunctas etiam Tauro vicinas natio-

καὶ πᾶσαν περιταύριον ἤγειρεν ἐθναρχίαν·
ἀκρίδα μυριόπτερον εἴποι τις ἂν εὐστόχως.
καὶ γάρ τοι συμπηξάμενοι θαλαττοπόρα σκάφη
Ταυροσκυθῶν οἱ φύλαρχοι τῶν ἀγριοκαρδίων,
καὶ πλῆθος ἀπειράριθμον τοῖς σκάφεσιν ἐνθέντες,
ἐπῄεσαν καλύπτοντες τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης
τοῖς λεμβαδίοις τοῖς πυκνοῖς, τοῖς αὐτοξύλοις πλόοις.
C οὕτως αἱμάστιγες πολλαὶ μυριαχόθεν ἦσαν
καὶ πάντοθεν τὰ πράγματα στενὰ τῇ βασιλίδι.
ἦν ὁ μὲν Πέρσης ὡς πικρὸς σκορπίος κεντροφόρος,
ὡς δ' ἔχιδνα φαρμάκτρια Σκυθῶν θυμοτολμία,
ἀκρὶς ὁ Ταυροσκύθης δὲ πεζόπτερος πτηνόπους.
τόσοις κακοῖς ἐπάλαιε τὸ Βυζαντίων ἄστυ,
πάντοθεν δ' ἦν ἀμήχανα τὰ τῆς ἐπικουρίας.
ἀλλ' ὑπερήσπιζεν αὐτοῦ μεγασθενὴς βραχίων,
ἀλλ' ἦν ὑπέρμαχος αὐτοῦ παλάμη κραταιόχειρ.
καὶ τοίνυν ἐξεφύσησεν ἄνεμος ἀγριόπνους,
καὶ κλύδωνας ἐξήγειρε καὶ στρόφους πολυστρόφους,
καὶ πᾶσαν κατεπόντωσεν ἄπλετον στολαρχίαν.
ἔδυσαν ὡς ἡ μόλιβδος εἰς ἅλμην θαλαττίαν
D οἱ κούφως ἐπιπλέοντες ὑγροκελεύθους πόρους,
ὡς πρὶν σοβαροπρόσωποι τοῦ Φαραὼ τριστάται.
ἐντεῦθεν ἐξεχύθησαν οἱ πρὶν πεφοβημένοι
Ῥωμαῖοι καὶ τοῖς τείχεσιν αὐτοὺς συγκεκλεικότες.

3760 ἐπιταύριον R, περιταύρειαν A   3766 καραβίοις R πυκνοῖς καὶ αὐτ. R   3769 μὲν ὁ R   3770 φαρμακεύτρια R 3778 κατεπόντισεν R   3782 ἐξεχέθησαν A

nes concitavit, quas locustarum infinitati non abs re quis comparaverit. etenim Tauroscytharum immanium principes compactis scaphis et innumerabili multitudine in eas imposita, lintribus ex uno ligno factis universum mare cooperibant. hoc modo plagae variae de plurimis locis existebant, et ab omni parte res urbis imperatricis in angustum cogebantur. Persa consimilis erat pungenti scorpio, Scytharum ferox natio virulentae viperae, Tauroscytharum gens locustae, quae et pedes incedit et volat. tot et talibus aerumnis urbs laborabat, et in his omnibus malis auxilii nihil apparebat. sed enim propugnabat eam manus potentissima, robustumque brachium illam defendebat. itaque ventus ingens commotus tempestas et aquarum vertices excitavit, totamque classem illam immensam adobruit. videre tum erat instar plumbi sub aquas marinas demergi eos qui antea levi motu semitas illas humidas navigiis peragrabant, non aliter atque olim superbi Pharaonis satellitibus accidit. hinc iam Romani, prius terrore nimio perculsi, extra urbem semet

ὡς σελευκίδες ὤφθησαν ταῖς πτερωταῖς ἀκρίσιν,
ὡς ἴβεις δὲ πτερόεσσαι τοῖς ὄφεσιν ὑπῆρξαν.
καὶ μέλος ἐπινίκιον ἠλάλαξαν ὑμνοῦντες
καὶ τὰς ᾠδὰς τῇ στρατηγῷ θύοντες καταλλήλους.
οὕτως οὐ γίγας σώζεται τῷ πλήθει τῆς ἰσχύος,
οὐδὲ δυνάστης ἐν χερσὶ στρατοῦ πολυδυνάμου·
ἂν γὰρ θεὸς μὴ πήξειε τῶν οἴκων τοὺς θεμέθλους,
ἂν μὴ θριγγίῳ κραταιῷ τοὺς δόμους περιβάλλει,
καὶ τὰ τῆς τέχνης ἄχρηστα καὶ τὰ τοῦ κόπου κόποι.
Εἰς τοῦτο μὲν ἀπέβησαν τὰ πράγματα Ῥωμαίοις· P 78
τριάκοντα δ' ἐν ἔτεσιν Ἡράκλειος κρατήσας
φάος ἐξέλιπεν ὁμοῦ καὶ στέφος καὶ τὸν βίον.
ἐπεὶ δὲ τὸν Ἡράκλειον ἠνάγκασεν ἡ φύσις
δοῦναι τὸν χοῦν τοῦ σώματος τῇ γῇ τῇ δανεισάσῃ,
ὁ παῖς αὐτοῦ χειρίζεται τὰ σκῆπτρα Κωνσταντῖνος,
ὃς πρὸς μικρόν τι γνωρισθεὶς μόναρχος αὐτοκράτωρ
καὶ τῆς ἀρχῆς γευσάμενος πρὸς ἓν ἔτος τοῦ στέφους
ἀνθυπεκρύβη τάχιον, ἐξέλιπε πρὸ χρόνου,
μηδέν τι μνήμης ἄξιον φθεγξάμενος ἢ δράσας,
τῆς μητρυιᾶς, ὡς λέγουσι, Μαρτίνης καὶ τοῦ Πύρρου
συγκερασάντων φάρμακον αὐτῷ θανατηφόρον.
ὁ Πύρρος δ' ἦν ἀρχιερεὺς τότε τῆς Βυζαντίδος, B
λοιμὸς ἀνὴρ καὶ δυσσεβὴς καὶ φαρμακὸς καὶ γόης.

3784 *τοῖς πτερωτοῖς* A 3785 *πτερώωσαι* R 3792 *ἄριστα* R 3797 *τῇ]* *καὶ* ARR 3801 *αὐθ' ἀπεκρύβη* M 3805 *οὗτος* MR *ὁ Βυζαντίου* AR

effundebant, et intra muros quosdam conclusis hostibus ita tractabant natos in rupibus barbaros, ut locustas Seleucides solent, ut ibes illae volatiles agere cum serpentibus consuevere. simul triumphale carmen cum hymnis concinebant, et convenientes odas divae ductrici velut immolabant. ita gigas immenso robore salutem suam non tuetur, nec princeps potentis populi viribus se defendit. nam si deus aedium fundamenta non iecerit, si valido septo domos non obduxerit, omnes artis machinationes atque labores inutiles sunt.

Atque hunc sane Romani tam felicem obsidionis eventum habuere. secundum haec Heraclius annis 30 imperio administrato vitam cum corona reliquit. coacto autem a natura Heraclio ut corporis pulverem terrae, quae mutuum dederat, restitueret, Constantinus eius filius imperium accepit, et exiguum ad tempus eo potitus mortem immaturam obiit, nullo neque verbo neque facto memorabili ad posteros transmisso. perhibent autem venenum ei propinatum fuisse a Martina noverca et Pyrrho Byzantino pontifice, qui pestilens erat homo et impius, veneficus, praestigiator.

Ὡς οὖν ἀπέλιπε ζωὴν τὴν κάτω Κωνσταντῖνος,
Μαρτίνα παρεισφθείρεται τῇ σκηπτροκρατορίᾳ,
καὶ μετ' αὐτῆς Ἡρακλωνᾶς ὁ παῖς, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον·
μηδὲ γὰρ φθάσαντες σχεδὸν τῷ κράτει προσλαλῆσαι
τῆς θείας ἐκδικήσεως ἐκπίνουσι τὸν σκύφον,
ἄλλο μηδὲν κερδάναντες ἢ τὰ κακοὶ φανῆναι.
ῥῖνα μὲν οὖν Ἡρακλωνᾶς, ἡ δὲ Μαρτίνα γλῶτταν
ζημιωθέντες ἤχθησαν εἰς τὴν ὑπερορίαν,
καὶ μετ' αὐτοὺς πιστεύεται Κώνστας τὴν βασιλείαν,
ὁ Κωνσταντίνῳ γεννηθεὶς τῷ πρὸ μικροῦ κρατοῦντι·
ὃς ῥίζας τρέφων πονηρὰς ἀρχῆθεν ἐν καρδίᾳ
C τῆς δυσσεβοῦς αἱρέσεως ἢ μᾶλλον ἀπονοίας
τῶν διδασκόντων ἐν Χριστῷ θέλησιν μίαν λέγειν,
ἤνεγκε τότε καὶ καρπούς, ἀλλὰ καρποὺς πικρίας,
ἐξ ὧν πολλοὶ μὲν ἔφαγον πλὴν ὅσον ἐπιγνῶναι
οἷον τὸ στῦφον οἱ καρποὶ καὶ τὸ πικρὸν αὐχοῦσι,
Μάξιμος δ' ὁ καλλίγλωττος, σάλπιγξ ἡ χρυσοσάλπιγξ,
ὁ Νεῖλος ὁ χρυσόρειθρος ὁ τῆς ὀρθοδοξίας,
ἕως ἐσχάτης πλησμονῆς μετέσχε τῆς πικρίας·
τὴν χεῖρα γὰρ τὴν δεξιὰν ἐξεθερίσθη ξίφει,
καὶ γλῶσσαν μελιτόεσσαν οἴμοι προσαφῃρέθη,
τὴν νέκταρος πηγάζουσαν ἐνθέου τὰς συρμάδας.
Οὗτος ὁ Κώνστας ὁ σκαιὸς ἀειφυγίᾳ θλίβει
D Μαρτῖνον τὸν ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης·

3808 παρεισφέρεται R 3816 πρὸς μικρὸν A 3819 θέλησιν ἐν Χριστῷ M μόνην A 3820 καρπὸν ἀλλὰ καρπὸν MR 3821 πλὴν] ἀλλ' A 3823 καλόγλωττος M 3825 ἐσχάτου RR

Cum ergo vitam hanc terrenam Constantinus reliquisset, Martina imperium ad se astu traducit et ad Heraclonam filium: sed eo non diu frui potuit. nam cum vix illud a limine quasi salutare potuissent, divinae vindictae poculum hausere, nihil aliud lucri ex imperio nacti quam quod improbos se declaraverint. itaque naribus Heraclonas amissis, Martina lingua, solum vertere iussi sunt. post eos imperium Constanti redditur, eius Constantini filio qui non ita pridem regnaverat. hic inde ab initio radices in corde malas fovens illius impiae sectae, vel furoris potius eorum qui unicam in Christo voluntatem agnoscere iubent, fructus sane impietatis tulit, sed admodum amaros; quos fuere quidem qui degustarent, sed aliud nihil inde consecuti quam quod eorum acerbitatem agnoscerent. atque huius amaritudinis ad extremam usque satietatem particeps factus est eloquentissimus ille Maximus, aurea illa tuba, Nilus quasi quidam doctrinae veritatis aurifluus. quippe manus ei dextra praecisa fuit, et mellea lingua, divini rivos nectaris effundens, simul adempta.

Idem Constans, vir nequam, exsilio perpetuo Martinum Romae ve-

πάπαν αὐτὸν ἀποκαλεῖν οἶδε Ῥωμαίων γλῶσσα.
καὶ Κάϊν μιμησάμενος ἐπ' ἀδελφοκτονίᾳ,
καὶ κτείνας Θεοδόσιον τὸν ἐκ μιᾶς ἀρούρης
καὶ τῶν σπερμάτων τῶν αὐτῶν αὐτῷ βεβλαστηκότα,
εἰς Σικελίαν ἀποπλεῖ τὴν πολυφορωτάτην,
τὴν πόλιν τὴν βασίλειον ἀποκοσμῆσαι θέλων
καὶ τὴν ἀρχὴν χαρίσασθαι τῇ τριπεμπέλῳ Ῥώμῃ,
ὡς εἴ τις ἁβροστόλιστον ἀποκοσμήσει νύμφην
καὶ γραῦν τινὰ τρικόρωνον ὡς κόρην ὡραΐσει.
ἀλλὰ τὰ διαβούλια μάταια τῶν ἀνθρώπων,
ἂν μὴ συμπράττῃ καὶ θεός, ἂν μὴ συνεπινεύσῃ·
θερμοῖς γὰρ ὕδασιν αὐτοῦ ψυχαγωγῶν τὴν σάρκα
ψυχρὸν ἐκεῖ κυλίκιον ἐξέπιε θανάτου, P 79
ἔτεσιν εἴκοσι λαχὼν πρὸς τοὺς ἑπτὰ τοῦ κράτους.
Καὶ τυραννεῖ Μιζίζιος, ἀνὴρ ἐκ Σικελίας,
ἀνὴρ χαριτοβλέφαρος, ἀστεῖος τῷ προσώπῳ.
πλὴν ὅμως οὐκ ἐπὶ μακρὸν ἀπήλαυσε τῆς τύχης,
ἀλλ' ἀπεψύγη τάχιον, ἀλλὰ φανεὶς ἐκρύβη,
ὥσπερ ἂν ῥόδον ἐκφυῇ καὶ παραντίκα ῥεύσῃ.
ὁ γάρ τοι παῖς τοῦ Κώνσταντος ἄρτι λαβὼν τὰ σκῆπτρα
(τοὔνομα δὲ τῷ βασιλεῖ βρεφόθεν Κωνσταντῖνος)
στόλῳ βαρεῖ τὴν Σικελῶν καταλαμβάνει νῆσον,
καὶ πάντας τοὺς αὐτόχειρας καὶ τοὺς ὀλεθρεργάτας

3833 μικρᾶς M 3834 μετεσχηκότα M 3836 βασίλισσαν R 3837 τριπεμπόλῳ R 3838 ἀβροστόλιον R 3840 τὰ] γὰρ τὰ R 3841 συνωπινεύει ARR. num Latine? 3847 μακρὰν A τοῦ κράτους R 3848 ἀπεψύχη M 3849 ἐκφυὲν R ῥεύσει RR 3852 χώραν R 3853 ὀλεθροργάτας R. an ὀλεθρουργάτας?

teris antistitem, quem Romani papam appellare consueverunt, multavit. praeterea Caini fratricidium imitatus Theodosium parentibus iisdem cum ipso natum interfecit. hinc in Siciliam fertilem cum classe profectus, urbem imperatricem ornamento suo spoliare volens, Romae vetulae conatus est imperium restituere, non aliter ac si quis egregie vestitam puellam ornatu suo denudet, ac vetulam trium cornicum aetatem habentem ceu puellam iuvenculam exornet. sed enim vana sunt hominum consilia, ni deus annuat et iuvet. quippe dum calidis aquis imperator voluptatis causa semet oblectat, frigidum mortis poculum exhaurit.

Eo mortuo tyrannidem Mizizius, natione Siculus, usurpat, vir amabili quidem gratoque vultu, sed qui hac fortuna non diu frui potuit. quippe celeriter extinctus est, instar rosae, quae vix nata continuo marcescit. etenim Constantis filius Constantinus ingenti classe Siciliam occupavit, et omnes interfectores patris imperatoris iugulavit, quos inter

τοὺς βασιλέως καὶ πατρὸς ἐνδίκως ἀποσφάττει,
καὶ σὺν αὐτοῖς Μιζίζιον τὸν τετυραννηκότα.
B τοῦτον τὸν αὐτοκράτορα λαὸς ὁ συρφετώδης
καὶ τὸ τοῦ δήμου συμμιγὲς ἐκάλουν Πωγωνᾶτον,
ὅτι, φασίν, ἐκναυστολῶν κατὰ τοῦ Μιζιζίου
μεῖραξ τρυφεροπρόσωπος ἀνίουλος ἀπώγων
ἐκεῖθεν ἀνθυπέστρεψεν ἀνὴρ τελειοπώγων.
οὗτος ἀθροίσας σύλλογον ἀνδρῶν θεοφορήτων
τὴν πατρικὴν ἀσέβειαν ἀνέσπασε ῥιζόθεν,
τοῖς φυτουργοῖς τῶν εὐσεβῶν καταρτισθεὶς δογμάτων.
ἴθυνεν οὖν ἐν ἔτεσι δεκαεπτὰ τὸ κράτος.
ὡς δὲ καὶ θνήσκειν ἔμελλε καὶ καταντᾶν εἰς κόνιν,
υἱὸν Ἰουστινιανὸν δείκνυσι βασιλέα
καὶ κράτορα καθίστησιν αὔταρχον γῆς Ῥωμαίων·
C ὃς ἀπὸ βάθρων ἤγειρεν, ἀπὸ ῥιζῶν ἐσχάτων
τὸν μέγαν οἶκον τὸν λαμπρὸν τὸν ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
χρυσέων πυραυγήμασι ψηφίδων καταυγάσας
τοὺς τοίχους, καὶ τὸ δάπεδον μαρμάροις καλλιχρόοις,
ὃς ἔτι τοῦ δομήτορος τὴν κλῆσιν διασώζει.
Ὁ βασιλεὺς δὲ μισηθεὶς ἄρχουσιν, ἰδιώταις,
τοῖς ὄχλοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ, τοῖς ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
ὡς σκληρογνώμων, ὡς σκαιός, ὡς ἐντρυφῶν τοῖς φόνοις,
καὶ πλέον ὡς αὐθέκαστος ἐξ αὐταρέσκου γνώμης
(ἦν γὰρ καὶ δοκησίσοφος καὶ πλήρης ἀπονοίας,

3861 σύνοδον M 3862 δυσσέβειαν M 3864 ἴθυνε μὲν AM 3867 τῆς R 3870 καταυγήσας M 3871 τὸ τεῖχος A πολυχρόοις R 3874 καὶ τοῖς ἐν ἀνακτόροις M

et Mizizius fuit, qui tyrannidem arripuerat. hunc imperatorem Constantinum vulgus hominum Pogonatum, hoc est barbatum, appellabat, quod, uti de literatum monumentis accepimus, expeditionem illam maritimam contra Mizizium suscipiens adolescens admodum, facie delicata, nihil habens lanuginis aut barbae, cum integra virilique barba de Sicilia reversus fuisset. synodo virorum divinitus gubernatorum coacta, paternam impietatem radicitus exstirpavit, a piorum dogmatum plantatoribus in viam revocatus. imperavit autem annos septemdecim. moriturus et in pulverem rediturus Iustinianum filium imperatorem renuntiavit, qui magnam illam splendidamque domum in regia de fundamentis exstruxit et aureis calculis distinxit, parietibus et pavimento de marmore confectis. domus ipsa nomen conditoris etiam nunc retinet.

Ceterum Iustinianus imperator invisus erat proceribus, privatis, vulgo, tam in foro quam in aula degentibus, tanquam durus, ferox, cae-

κἂν ταῖς βουλαῖς οὐ κοινωνόν, οὐ συνεργάτην εἶχε,
πᾶσαν πλουτεῖν οἰόμενος τὴν ἐν ἀνθρώποις γνῶσιν),
ἐντεῦθεν τοίνυν μισηθεὶς ἀξίαν τῆς κακίας
τὴν ἔκπτωσιν ἐφεύρατο τὴν ἐκ τῆς σκηπτουχίας.
καὶ γὰρ ἀνήρ τις εὐγενὴς τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου, D
πατρίκιος ἀξίωμα, Λεόντιος τὴν κλῆσιν,
εὑρὼν καὶ συναιρόμενον καὶ συμφρονοῦν τὸ πλῆθος
(πρὸς γὰρ Ἰουστινιανὸν ἔτρεφον πάντες μῖσος)
ἐφίσταται τῷ βασιλεῖ μετὰ τῶν συμμαχούντων,
ὅτε τὸ καλλιβλέφαρον ὄμμα καὶ φωτοφόρον
ἔμυε δῦναν κατὰ γῆς καὶ πᾶν ἦν ἐν δεμνίοις,
καὶ χειρωσάμενος αὐτὸν ὡς ἐν δικτύῳ θῆρα
ἐκπέμπει διαπόντιον εἰς τὴν Χερσῶνα πόλιν,
τὴν ῥῖνα πρότερον τεμὼν καὶ πρόσωπον αἰσχύνας.
ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκάμμυε τὸ βλέφαρον τῆς δίκης,
ἀλλ' ἐπεντράνισεν ὀρθῶς, καὶ τὸν ἐπαναστάντα
τοῖς ἴσοις ἀντημείψατο καὶ ταυτομέτροις μέτροις. P 80
rox, contumax, superciliosus, fastuosus, amans sui, iudicii proprii tenax; et hoc tempore magis etiam purpurae causa inflatus erat, quodque imperator Romanorum esset, animos maiores sumpserat. praeterea quaedam accesserat mentis inconstantia, mores variabiles, erga quosvis tam familiares quam alienos et extraneos diffidentia suspicax, quasi omnes ipsi insidiarentur. has ob causas gravis et acerbus esse videbatur non optimatibus modo sed etiam coniugi Ducaeque liberis. hinc secuti clandestini susurri, molitiones, doli, suorum odia, casses, laquei meditantium quo pacto citra laborem omnem et periculum imperatorem hostibus proderent. eius proditionis poculum Caesar Constantini Ducae frater, cuius filius Andronicus id temporis exercituum dux erat, miscebat. igitur cum filio ceterisque copiarum ducibus consilium suum communicat, quo periculosum rete misero nectebatur et vestis letifera texebatur. iam Diogenes in adversum Byzantio litus traiecerat, totis viribus invasurus et mactaturus lupos in sacrarum et Christianarum ovium caulas prosilientes ac grassantes, cum columba quaedam alicunde advolans pla-

ἐφίζησε τοῖς γόνασιν ἐν πετασμοῖς ἀψόφοις,
οὐχ οἷα πρὶν τῆς κιβωτοῦ προσπτᾶσα τῷ στεγάστρῳ
καὶ λύσιν ἀπαγγέλλουσα καταφορᾶς ὑδάτων,
καὶ δένδρου φύλλον φέρουσα, καὶ παραμυθουμένη
Νῶε τὸν κιβωτόκρυπτον, τὸν δεύτερον γενάρχην,
ἀλλ' οἰωνὸς ἀπαίσιος, ἀλλὰ κακῶν σημάντωρ,
δυσάγγελος φοιβάστρια, κακόμαντις προφῆτις.
ὁ μὲν οὖν κράτωρ τὸ πτηνὸν πέμπει τῇ βασιλίδι,
εὐάγγελον προσήμαντρον ὑποτοπήσας τοῦτο.
P 133 ὧν γάρ τις γλίχεται τυχεῖν, ἐκεῖνα καὶ δοξάζει·
καὶ ταῦτα πᾶσι κατὰ νοῦν, ὅσα καὶ κατὰ γνώμην.
ἀλλ' ἄρα δυσποτμότερον οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου
ἔχοντος τοὺς ἐχθραίνοντας οἰκείους ταυτοστέγους.
ἂν ἔνδον ἔχῃς τοὺς ἐχθρούς, ἂν ἐφεστίους τρέφῃς,
οὐ ῥύσονταί κινδύνων σε τὰ Βαβυλῶνος τείχη,
οὐ πύργοι Σεμιράμιδος, οὐ πυραμίδων πάχος.
ἂν τὴν προδότριαν ψυχὴν σύνοικον δυστυχήσῃς,
ἂν συνοικοίης μετ' αὐτῆς ἐν ἀρραγεῖ φρουρίῳ,
ἁλώσιμον τὸ φρούριον, ἀφύλακτος ἡ πόλις.
Ἀλλὰ διηγητέον μοι τὰ περὶ Διογένους.
B βαρὺς μὲν ἑκατέρωθεν πόλεμος ἀνερράγη
μέσον Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, ἄγριος θροῦς ἀνέβη.
μέγας ἐφώπλιζε θυμὸς ἄμφω τὰς στρατυρχίας,

6541 πετρασμοῖς M 6542 οἷον R, ὥσπερ M 6548 δεινὸν M 6549 ὑποτοπάσας R 6551 πάσχει R, μάσσῃ A 6553 αὐτοστέγους R 6557 δύσφρονον R 6558 αὐτῶν M 6559 εὐάλωτος R 6561 πόλεμος τότε σοβαρὸς ἑκατέρωθεν ἐρράγη M 6563 μέλας R

cido alarum motu ad ipsius genua sese demisit, non qualis ad arcae tectum quondam convolans finem appetiisse diluvii nuntiabat et allato oleae ramo abditum in arca Noam, alterum humani generis auctorem, solabatur, sed augurium prorsus infaustum, malorum indicatrix, nuntia sinistra, vates adversi casus infelix. eam alitem imperator ratus augurium laetum esse ad imperatricem mittit. nam quae sibi evenire quisque desiderat, iis se potiturum opinatur; adeoque cuncti mente concipiunt ea quae voluntate appetunt. sed enim eo nihil est aerumnosius homine qui hostes domesticos et eiusdem tecti participes habet. si domi adversarios alas, non te periculis eripere muri Babylonii queant, non Semiramidis turres, non pyramidum crassities. si proditor animus magno cum malo tuo tecum vivat, etiamsi cum illo degas in castello quopiam inexpugnabili, nihilo tamen minus et munimentum illud occupabitur et urbs quantumvis instructa defendi non poterit.

Nunc Diogenis casus narratione conplectamur. grave ac ingens praelium utrinque movebatur, nimirum inter Romanos et Persas: duces

καὶ πάντη περιέτρεχεν ἀνδροδιώκτης Ἄρης,
τοῖς αἵμασι κατάβαπτος, φονολουτῶν τὰς χεῖρας,
ὅλας θαλάσσας ἐκροφεῖν γλιχόμενος αἱμάτων.
ὁ βασιλεὺς δ' ἐπέτετο πλευροκοπῶν, διώκων
καὶ δορατείοις νύγμασι χέων ἐχθρῶν χολάδας,
στρουθιοφόντης, εἴποι τις, ἱέραξ ὠκυπέτης,
στρουθοῖς ἁπαλοπτέρυξιν ἐπιρροιζῶν τὰ πτίλα.
πρηστὴρ ἐδόκει τοῖς ἐχθροῖς, ἔμπυρος καταβάτης,
ὑψόθεν ἀποδισκευθείς, ἀπορραγεὶς ἐκ νέφους.
ἐγένοντο κατάλουτοι λύθροις αὐτῷ παλάμαι,
φονοσταγὴς ἡ δεξιά, φονόφυρτος ἡ σπάθη. C
ἐξέρυθρον ἱμάτιον ἐφόρεσεν ἐκ φόνων,
ὡς εἴ τις λέων ἐντυχὼν δειλοκαρδίῳ ζῴῳ
ῥήξει πλευρὰν τοῖς ὄνυξι καὶ λάψει τῶν ἐγκάτων
καὶ δείξει ἐγκατάβαπτα τοῖς αἵμασι τὰ χείλη.
ὑπὲρ αὐτὸν Βριάρεων ἔδειξεν ἑκατόγχειρ,
ὑπὲρ αὐτὸν Ἐγκέλαδον, ὑπὲρ Τυφῶνος θράσος,
φόνιος, ὀμβριμόεργος, ἀκάμας ὡς ἀδάμας.
Ἦν ταῦτα, καὶ προσέβλεψεν ἡ νίκη τοὺς Ῥωμαίους,
καὶ χαροπὸν ἐγέλασε, σὺν χρόνῳ τούτους γνοῦσα.
ἀλλὰ γὰρ ἡ τριβάρβαρος ἐκείνη βασκανία

6464 πάντα M 6565 κατάλουτος M 6566 βουλόμενος M 6567 ἐπέπετο M 6568 δόρατος τοῖς M αὐτῶν χάλαζαν M 6573 αὐτοῦ AR 6577 πλευρὰ R λαύσει R, θλάσει M, χρήσει R 6578 δείξειεν κατάβαπτα AM 6579 οὐδεὶς αὐτῶν M 6580 σειρὰν ἐγκελάδου M 6582 τοῖς Ῥωμαίοις AR 6583 τοῦτο M

utrinque magna ira concitati proruebant; Mars hominum pernicies circumcursitabat undique, cruore respersus et in eo manus abluens, cum quidem integra sanguinis maria cuperet exsorbere. in hoc rerum statu hostes imperator invadebat, latera caedens, persequens, hastarum ictibus eorum viscera passim effundens: dixisset aliquis velocem accipitrem et vitae avicularum infestum pullos teneris alis praeditos magno cum alarum strepitu involare. nimirum ardentis presteris in morem, ex aëre nubeque delapsi, in hostes videbatur irruere. manus sanguine tinctas habebat; dextra et gladius caedes stillabant; vestes cruore caesorum respersas et rubentes gestabat, perinde ac si leo quispiam timidum nactus animal eius latera discerpat unguibus et sanguinem promanantem hauriat indeque cruentata labra ostentet. non centimanus ille Briareus huiusmodi facinora designavit, Sirenum cantus superantia et Typhonis audaciam. nimirum caedes imperator caedibus cumulabat, fortia facta patrabat, indefessus adamantis in morem erat.

Dum haec ita gererentur, ad Romanos victoria post tempus haud exiguum pugnatae iam pugnae spectabat, eisque laeto et hilari vultu arridebat, cum ecce barbarissimus ille livor et scelerata improbitas et

καὶ τῆς κακίας τὸ στυγνὸν καὶ τὸ τοῦ φθόνου νέφος
D τοιαύτην λαμπροστόλιστον ἠμαύρωσεν ἡμέραν.
ὡς γὰρ ὁ Καῖσαρ τοῦ δρασμοῦ καὶ τῆς φυγῆς κατῆρξεν,
ᾤχοντο πάντες ἐκποδών, τὸν κράτορα λιπόντες.
καὶ βασιλεὺς ὡς κολοιὸς ἦν ἀπεψιλωμένος,
καὶ τῇδε περιέβλεπε κἀκεῖ περιεσκόπει,
καὶ μόνον ἔβλεπεν αὐτὸν ἐν βρόχοις δυσεκβάτοις.
ἐντεῦθεν ἐπεπήδησαν πρωτόαρχοι βαρβάρων,
συντρέχοντες προτρέχοντες, ἐρίζοντες ἀλλήλοις
τίς ἂν συλλάβοι Ῥωμανὸν ζῶντα. καὶ τελευταῖον
ζωγρεῖται φεῦ ὁ βασιλεὺς βαρβαρικαῖς παλάμαις,
ὁ λέων θήρα γίνεται πανθήρων λυσσητήρων,
ταῖς νυκτερίσιν ἀετὸς κρατεῖται χρυσοπτέρυξ.
P 134 τὸ μετὰ ταῦτα τί καὶ πῶς καὶ μέχρι τοῦ προῆλθεν;
ὁ βάρβαρος ὁ φύλαρχος ἐκεῖνος ὁ ζωγρήσας
τὴν βαρβαρόθυμον ψυχὴν ἀέλπτως ἡμεροῦται,
βλέπει φιλανθρωπότερον περὶ τὸν βασιλέα·
οἰκτείρει γὰρ καὶ βάρβαρος ἄνακτα δυσπραγοῦντα.
ἐλέγχει τοὺς ταυτογενεῖς τῷ βασιλεῖ προδότας
Ῥωμαίους ὁ τριβάρβαρος, ἀλλόφυλος συμφύλους·
γίνεται προμηθέστερος αὐτῷ καὶ τῶν οἰκείων,
καὶ κηδεμονικώτερος αὐτῶν τῶν ὁμογνίων.
σπένδεται, καταλλάττεται, σύμμαχον νέμει χεῖρα,

6590 τῇδε καὶ περίβλεπτος M 6593 προστρέχοντες M 6598 τοῦ] ποῦ M 6602 δὲ M 6603 γὰρ αὐτογενεῖς M 6606 αὐτὸς M

nubes quasi quaedam invidiae diem tam splendidum deturpat et obscurat. nam ubi Caesar primus initium fugae fecisset, universi relicto imperatore semet in pedes coniiciebant. hoc modo imperator denudato graculo consimilis factus hac illac circumspectabat, seque solum intra laqueos inextricabiles delatum videbat. secundum haec praecipui barbarorum proceres in eum ferociter irruunt, una currentes, alter alterum antevertentes, inter se decertantes quisnam ex omnibus Diogenem vivum suam in potestatem redigeret. ad extremum (heu) barbarorum in manus imperator venit; leo furentium pantherarum praeda fit; auratas alas habens aquila capitur a noctuis. quid deinceps evenit? quo pacto res gesta? quem exitum habuit? barbarus ille gentis princeps, qui Diogenem vivum ceperat, praeter omnium spem animum insolentem ac barbarum cum miti commutat, et imperatorem perhumaniter intuetur. quippe hominis etiam barbari mens erga regem adversis iactatum casibus commiseratione tangitur. itaque vir ceteroqui terbarbarus cognatos imperatoris et Romanos, extraneus cives et gentiles proditionis coarguit; maiorem eius curandi fovendique causa sollicitudinem suscipit quam ipsimet familiares et propinqui; foedus cum eo ferit, gratiam mutuam conciliat,

ἀνακτησόμενον αὐτῷ πέμπει τὴν κρατορίαν.
ἤλυξεν οὖν ὁ Ῥωμανὸς ὡς θὴρ ἐκ γαλεάγρας, B
ὡς ἐκ βροχίδων ἀετός, ὡς ἔλλοψ ἀπ' ἀγκίστρου,
καὶ πάλιν ἦν ἐπίσιμος ἀρθῆναι πρὸς τὸ κράτος.
ἀλλὰ συνέχεεν αὐτῷ καὶ τὰς ἐλπίδας φθόνος·
γράμματα γὰρ κατάπτερα πάντῃ περιεφοίτων
πάσας ἀποτειχίζοντα τῷ Ῥωμανῷ τὰς πόλεις.
ἐντεῦθεν ὁ ταλαίπωρος ἔρημος περιήει,
ἄφιλος, ἀβοήθητος, ἄλλος Βελλεροφόντης,
τοῦ κράτους ἀποσφαιρισθεὶς ὥσπερ ἀπὸ Πηγάσου,
ἔτεσι μόνοις ἐν τρισὶ τοῦ κράτους ἀπολαύσας.
Ἀλλ' οὐδὲ πάλιν ἡ πυρὰ τοῦ φθόνου κατεσβέσθη·
ὁ γάρ τοι Δοῦκας Μιχαὴλ ὁ παῖς τοῦ Κωνσταντίνου
πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπαναβὰς ἤδη τῶν νεανίσκων C
καὶ χνοῦν ἐπαγγελλόμενος ἰούλου τοῖς κροτάφοις,
τῷ Καίσαρι χρησάμενος τῷ θείῳ συνερίθῳ
καὶ τοῖς ὑπερισχύουσι καὶ τοῖς ἐν στρατραρχίαις,
ἐγκαθιζάνει μὲν εὐθὺς τοῖς θρόνοις τοῖς πατρῴοις,
καὶ τὴν τεκοῦσαν στένουσαν πολλὰ καὶ γοωμένην
τῶν περιβόλων τῆς ἀρχῆς ἄκουσαν ἀπελαύνει
καὶ τίθησι μονάστριαν, καὶ κείρει τοὺς πλοκάμους
οὓς χάριτες ἐμόσχευόν ποτε μυραλοιφίαις,
καὶ σκοτεινόπεπλον τὴν πρὶν χρυσόπεπλον δεικνύει.

6609 γοῦν M 6611 ἐπίδοξος? 6615 περιέστη M 6617 ἀποσφετερισθεὶς M v. 6618 om R 6622 ἐπαγγειλάμενος M 6623 συναρίθμῳ M 6624 στρατραρχίᾳ R 6630 λαμπρόπεπλον M

manus auxiliares porrigit, cum suis ad recuperandum imperium ablegat. hoc pacto Romanus belluae alicuius in morem e carceribus ut e laqueis aquila evasit, ut acipenser hamo semet expedivit, rursus imperii fastigio se potiturum sperans. verum has quoque spes irritas ei fecit invidia. nam literae celerrimis nuntiis ad quasvis regiones erant missae, quibus denuntiabatur ut Romanus universis urbibus excluderetur. hinc factum ut miser ille desertus ac solus obvagaretur, ab amicis destitutus, egens opis et auxilii, novus quasi quidam Bellerophontes, sic nimirum imperio deiectus et excussus ut ille Pegaso, cum eo tribus tantum annis frui contigisset.

Verum ne sic quidem invidiae flamma potuit extingui. nam Michaelus Ducas, Constantini filius, qui iam adolevisset ac primam barbae lanuginem in malis ostentaret, opera patrui Caesaris usus, itemque reliquorum procerum et ducum militarium, paterno se in solio collocavit, et matrem gravissime plorantem suasque vices deflentem et reluctantem augustis aedibus expulit, vitaeque solitariae tonsis capillis, quos antea Charites ipsae unguentis delibutos irrigarant, et aureo vestitu cum nigro

μαθὼν δὲ καὶ τὸν Ῥωμανὸν πάλιν βασιλειῶντα,
καὶ πάλιν ἧς ἐκπέπτωκεν ἀρχῆς ὀρεκτιῶντα,
D καὶ μάχιμον ἐγείροντα κεντρίον ὡς σκορπίον
πέμπει τοὺς πολεμήσοντας καὶ τοὺς συλληψομένους.
καὶ πάλιν φεῦ ὁ δυστυχὴς θηράτροις περιπίπτει,
ζωγρεῖται καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τοὺς κύκλους ἀσβολοῦται,
ἐν λυπρογαίῳ καὶ σκληρῷ ῥιπτεῖται νησιδίῳ.
Ἀπαλλαγεὶς δὲ Μιχαὴλ τῶν παρεστώτων φόβων,
ἀχείμαστόν τε τῆς ἀρχῆς παραλαβὼν τὸ σκάφος,
θορύβους μὲν ἀρεϊκοὺς καὶ θωρακοφορίας
καὶ θροῦν τὸν ἐνυάλιον καὶ μόχθους καὶ κινδύνους
οὐδ' ὄναρ ἐφαντάζετο, σχολάζων δὲ ταῖς βίβλοις
νύκτας ἀΰπνους ἴαυεν, ἄλλος ἦν Δημοσθένης
P 135 ἢ Δίδυμος χαλκέντερος, Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος,
ὃν οὕτως ἐπωνόμασαν ὡς ἐν τῷ χαίρειν λόγοις
ἀπόσιτον γενόμενον ἡμέρας ἐπὶ πλείους.
ἐντεῦθεν ἀνερράγησαν ἐπίρροιαι βαρβάρων,
καὶ πάλιν ἐφυσήθησαν λαίλαπες πανταχόθεν,
καὶ φλοίσβους ἀνωρύοντο καὶ παφλασμοὺς ἐποίουν·
οὐ γὰρ παρῆν ὁ ναύαρχος ὁ ταύτας ἀλεξήσων,
καὶ γῆθεν ἀνεφύησαν βλαστήσεις ἀχερδώδεις.
ὁ γὰρ τῆς χώρας γεωργὸς ἔζη κοχλίου βίον,

v. 6634 om R 6637 ῥίπτεται M 6639 κράτος M 6650 ναύαρχος ταύτας ἀπαλεξήσων AR

commutato addixit. praeterea comperto Romanum de integro regnum affectare, deque imperii, quo semel excidisset, recuperatione cogitare, ac pugnacem illum stimulum in morem scorpii rursus erigere, misit qui bellum ei facerent hominemque comprehenderent. hoc modo miserrimus iterum in laqueos incidit, vivus capitur, oculis spoliatur, in sterilem ac duram insulam deportatur.

Ceterum Michaelus terroribus et periculis liberatus praesentibus, imperioque iam tranquillo potitus, bellicos tumultus, armorum gestationes, classica militaria; labores, pericula, ne per somnum quidem imaginabatur aut tractabat, sed libris incumbens totas noctes insomnes exigebat. alius scilicet Demosthenes quidam erat, aliusve Didymus Alexandrinus, cognomento Chalcenterus, sic aheneis ab intestinis nuncupatus, propterea quod mirificam e literarum studiis voluptatem capiens in multos dies cibis caruerit. eam ob rem accidit ut barbari passim irruerent, ac undique rursum procellae se commoverent gravesque turbas et strepitus excitarent. nec enim praefectus aliquis navium ad manum erat, qui in hisce tempestatibus suorum saluti consuleret easque compesceret. itidem e terra germina quaedam herbaeque malae proveniebant, quod cultor agri testudinis vitam ageret, raro in publicum prodiret, mox se

ὀλίγα προερχόμενος καὶ πάλιν ὑποφεύγων B
καὶ πάλιν ἐλυτρούμενος τοῖς δόμοις ὡς ὀστράκοις,
ἢ μᾶλλον ὡς βυθότροφος πίννα χωματοφάγος,
δεόμενος τοῦ νύξοντος εἰς βασιλείους πράξεις
καὶ χρῄζων ὑπομνήσοντος ὅτι Ῥωμαίων ἄρχει.
ἐντεῦθεν πάλιν εἵρπυσαν δράκοντες χασματίαι,
καὶ πᾶν Ῥωμαίων ὅριον ἐρρόφουν ὡς νοσσίον.
ἦν οὖν βαρὺς σχετλιασμὸς κατὰ τοῦ βασιλέως,
καὶ πάντες ἐπαθαίνοντο βλέποντες τὰ Ῥωμαίων
οὐκ ἐπὶ γόνυ κείμενα μόνον οὐδ' ἐπὶ στόμα,
ἀλλ' ἤδη διαρρεύσαντα καὶ καταμαρανθέντα.
εἷς δέ τις μεγαλογενὴς καὶ τῶν ἐκ πρώτης ῥίζης,
γεραίτερος μακρόβιος, Πύλιος ἄλλος Νέστωρ
(Βοτανειάτην ἔλεγον ἐκεῖνον Νικηφόρον), C
ἐμπειροπόλεμος ἀνήρ, καταβελὴς τὰς σάρκας
ἅτε πολλαῖς ἐνηθληκὼς μάχαις ἐξέτι βρέφους
καὶ γεγονὼς ἀρεϊκῶν μεστὸς Ὀλυμπιάδων,
χεῖρα προσεταιρίζεται μυρίαν συμμαχίδα,
καταλαμβάνει Νίκαιαν, πέμπει πρὸς τὸν κρατοῦντα
γράμμα παραινετήριον δῆθεν, αὐτὸν συμπεῖθον
ἀναιμωτὶ τῷ γέροντι τῶν σκήπτρων ὑπεκστῆναι,
αὐτὸν δ' ὡς ἀπειρόμαχον ζῆν ἐν ἀπραγμοσύνῃ.
καὶ τί πολλὰ καὶ περιττά; φθάνει τὴν βασιλίδα,

6653 προσερχόμενος M 6659 ἐξόφουν R v. 6665 om M 6667 καταμελὴς AM 6670 χεῖραν M κυρίαν M 6672 προσαινετήριον M 6675 Βυζαντίδα AR

vicissim ex hominum conspectu subduceret, domi tanquam intra testas occultatus lateret, prorsus uti pinna degens in fundo, hominis egens opera pungendo ad negotiorum imperii procurationem exstimulantis, et in memoriam ei revocantis quod Romanis cum potestate praeesset. hinc rursum dracones hiantes prodiere, qui fines Romanorum ceu volucris pullum deglutiebant. erant ergo querelae graves de imperatore, cunctis cum dolore videntibus res Romanas non tantum in genua vel ipsum in os collapsas, verum etiam plane diffluentes ac marcescentes. tandem magno quidam principeque loco natus, iam provecta aetate, Nestori Pylio aequalis, cui nomen erat Nicephorus Botaniates, vir bellicis in rebus experientissimus, toto passim corpore cicatrices ferens, uti qui a puero multis in praeliis fortiter cum hoste pugnasset, iamque Mavortias olympiades complures attigisset, hic ergo tandem manum sibi quandam opitulatricem adiungens Nicaeam occupat, et literis ad imperatorem perscriptis hortatur ut volens imperio sibi cederet absque sanguinis effusione, ac vitam ipse bellorum praeliorumque rudis quietam et a negotiis immunem ageret. quid multis rem commemorem? Byzantinam urbem Botaniates occupat, et purpura quidem ipse auro intertexta et distincta

καὶ πορφυρίδι μὲν αὐτὸς κοσμεῖται χρυσοπάστῳ,
ὁ πρὶν δὲ κράτωρ Μιχαὴλ γίνεται μελαμφόρος,
ἔτεσιν ἓξ γευσάμενος τοῦ βασιλείου κράτους.
D ἀλλὰ γὰρ ἐκλαθόμενος αὐτοῦ τε καὶ τοῦ γήρως
ὁ γέρων ὁ παλαιγενὴς οὗτος ὁ Νικηφόρος
τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ, πέμπελος νεαζούσῃ·
αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον καὶ δυσανασχετοῦντα
τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμένα καθιστάνει.
καμάτων δ' ἀπεχόμενος τῶν κατὰ τοὺς πολέμους
ἐκάθητο χρυσοφορῶν, κοσμούμενος ἀμφίοις
ἀκτῖνας ἀπαυγάζουσι πυρράζοντος χρυσίου,
λουτροῖς καὶ πότοις καὶ τρυφαῖς εὐδαῖμον γῆρας βόσκων,
χρυσόπτερος, ἂν εἴποι τις, κύκνος ἀγαλματίας,
P 136 ὁπότε δύνειν ἔμελλε καὶ κρύπτεσθαι τῷ τάφῳ,
ἀρχόμενος ἡδύνεσθαι κεὐφραίνεσθαι τῷ βίῳ,
τριγέρων ἁπαλόβιος, σπάταλος, τρυφητίας.
καὶ τὰ μὲν πράγματα χερσὶν ἐπίστευεν ἀνθρώπων
βαρβαριζόντων τὴν φωνὴν μηδ' ὀρθορρημονούντων,
κρατῆρα πανημέριον ἱστάντων καὶ πινόντων,
οἷς ἦν τὸ γένος τρίδουλον, καὶ πάπποι καὶ πατέρες
τριβάρβαροι, καὶ τὴν ψυχὴν βάρβαροι καὶ τὴν γνώμην,
καὶ σκυθογλώσσους λαλιὰς δυσφράστως λαλαγοῦντες,

v. 6678 om R 6679 γήρους AM 6685 ἀποσχόμενος M, ἀφιστάμενος R v. 6690 om M 6695 κράτορα et ἐσθόντων M 6698 δυσφράστους AR

exornatur, Michaelus autem, non ita pridem imperator, in monasterium detrusus vestitu nigro induitur, cum ei sex annis imperio regio frui contigisset. sed enim Botaniates ille multo senio gravis, non sui tantum verum etiam provectae aetatis oblitus, antecessoris Michaeli coniugem legitimo sibi matrimonio copulat, senex mulierem teneram et delicatam, capularis et funeri destinatus vegetam atque iuvenem. cumque sortem suam aegre molesteque ferret ac deploraret Michaelus, Ephesinae urbis pastor ab imperatore constitutus est. secundum haec Nicephorus omissis laboribus bellicis auro gravis sedebat, ornatus vestimentis quae aureos quasi quosdam rutilantesque radios de se spargebant, felicem beatamque senectam lavacris et conviviis et voluptatibus fovens. non abs re quis dixerit eum fuisse consimilem cygno alis aureis exornato et affabre pictum referenti, qui iam moriturus et obruendus sepulcro hilaritati sese dat, vitae studio tenetur. quippe senecio delicatae vitae semet addicebat, luxui deditus ac plane voluptarius. interim publicorum negotiorum procurationem committebat hominibus linguas barbaras usurpantibus, recte loqui nescientibus, totos dies in crapula et ebrietate conterentibus; quorum et familiae et parentes et avi maxime serviles erant,

ὡς εἴ τις μεγαλόφορτον πιστεύσειε φορτίδα
ἀνεπιστήμοσι σκαιοῖς ἀχρείοις κυβερνήταις.
αὐτὸς δ' ἐπιπορπούμενος χρυσεοστίλβους πέπλους B
καὶ βύσσινα χρυσοῦφῆ μαργαροφόρα φάρη,
καὶ βάμματι πορφυρανθεῖ λάμποντα καὶ χρυσίῳ,
καὶ χρώμενος ἐξ ἀμοιβῆς ἀμφίοις ἐπαλλήλοις,
ἐφ' ὑψηλῶν ἐκάθητο θρόνων ἀργυροήλων,
κοσμῶν τοῖς ἀξιώμασι πάντας τοὺς προσιόντας,
χαλκεῖς, δρυτόμους, σκαφευτάς, ἐμπόρους, γαιομάχους,
κρηπιδοπώλας, σχοινουργούς, κναφεῖς, ἀμπελεργάτας,
καὶ χυδαιῶν τὰ τίμια, καὶ τὰ λαμπρὰ ῥυπαίνων,
καὶ τηλικαύτην εὔκλειαν κατάγων εἰς βαναύσους,
ἣν ἔπαθλον ἐδίδοσαν οἱ κράτορες οἱ πρώην
ἀνδραγαθίας καὶ χειρῶν κατορθουσῶν μεγάλα, C
καὶ ταῦτα τοῖς ἐξ αἵματος καὶ γένους λαμπροσπόρου.
τοιούτοις ἔργοις ἔχαιρε, τοιούτοις ἐπηγρύπνει.
κἂν μή τινες αἰτήσαιεν ἀξιωμάτων ὕψη,
δεινοπαθῶν ἐφαίνετο καὶ κρίνων ζημιοῦσθαι.
τὰ δ' ἄλλα πάντα πάρεργα καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖτο,
κἂν τὰ Ῥωμαίων ὅρια στενοῖντο τοῖς βαρβάροις,

6701 ἐπιτερπόμενος χρυσεοστίλπνοις πέπλοις M 6702 βυσσίνῳ χρυσοῦφεῖ μαργαροφόρῳ φάρει M 6703 λάμποντι M 6705 ἀργυροῦλων R 6707 δ' εὐστόμους R 6708 κρηπιδοπώλους AM 6710 εὔνοιαν M 6717 ἡγεῖται M 6718 στενόντων τῶν βαρβάρων M

tam animo quam iudicio barbarissimi, linguis Scythicis, intellectu pronuntiatuque difficilibus garrientes. quibus sane rem publicam administrandam credens non aliter agebat ac si quis ingentem navim onerariam gubernatoribus imperitis, ineptis, nullius usui committat. ipse vero, ceu dictum modo, delectationem capiens ex fulgentibus auro vestibus deque bysso confectis et propter unionum copiam gravibus ac purpureo colore tinctis palliis, quibus per vices aliis atque aliis utebatur, sublimibus et argenteis in soliis considebat, quosvis accedentes praefecturis et officiis publicis ornans, nimirum excusores, materiarios, fossores, mercatores, agricolas, crepidarios, funarios, fullones, vinitores, vulgo prostituens et foede polluens res veneratione dignas et splendidas, eamque benevolentiam erga sordidos opifices declarans quam superiorum aetatum imperatores impertiri solebant quasi praemium fortitudinis et rerum praeclare gestarum, non quibusvis sed claro tantum sanguine prognatis. huiusmodi ergo rebus occupabatur planeque intentus erat. quodsi nulli ventitarent qui dignitates amplissimas peterent, cum indicatione magni doloris damnum quasi quoddam facere se putabat. cetera velut accessoria proque nihilo ducebat, sive fines imperii Romani a barbaris artiores redderen-

κἂν ἑλεπόλεσι πολλαὶ πόλεις κριοκοποῖντο.
οὕτως ἐν ἔτεσι τρισὶ τοῦ κράτους ἀπολαύσας
βίον λοιπὸν μεθίσταται τοῦ βασιλείου κράτους.
Ἀλλὰ λοιπὸν εἰς σιωπῆς ὅρμον ὁ λόγος στήτω·
πελάγους γὰρ Ἀτλαντικοῦ χύσις ἀνέρρωγέ μοι,
D ἀριστουργήματα λαμπρὰ γενναίων βασιλέων,
ἀνδρῶν ἡρώων εὐγενῶν ἀλκίμων μεγαθύμων,
ὧν οὐδὲ γλώσσῃ δυνατὸν τοὺς βίους διαπλεῦσαι
ἤδη λοιπὸν ἐκκύπτουσι τρισαριστεῖς σπηπτοῦχοι
Κομνηνιάδαι κράτορες μεγαλουργοὶ γεννάδαι,
θαλάσσας πελαγίζοντες τῶν τροπαιουχημάτων,
ἃς οὐδ᾽ αὐτὸς ἂν Ἡρακλῆς ὁ καρτερὸς περάσοι.
καὶ τοίνυν ἀναψώμεθα κάλων πρυμνίτην ὧδε,
τοῦ πλοῦ τὴν κώπην σχάσαντες καὶ στείλαντες τὰ λαίφη·
οὐ γὰρ περάσιμά φασι τὰ τῶν Γαδείρων πέρα.

6719 κρεοκοπούντων M vv. 6720—21 om R 6723 ἀντλατικὴ M 6727 ἐγκύπτουσι M, ἐκπίπτουσι R 6728 γεννάδες M 6729 θαλάσσαις A 6730 ἂν] ὁ M περάσῃ M 6731 προμνήτην M, προμνίτην AR 6733 notum proverbium hoc ex Pindaro desumptum. utitur etiam Basilius in epistola ad Postumianum: τὸ δὲ πρόσθε Γαδείρων μὴ περατὸν εἶναι ἀνθρώποις. et Basilacas in monodia de morte fratris: μέχρι καὶ εἰς ὠκεανὸν ἑσπέριον ἐξέτεινας τὸν ἀπόδημον· τὸ δὲ πέραν Γαδείρων οὐ περατόν. Meursius. post v. 6733 AR:

Δέχνυσο τοῖον δῶρον ἀφ᾽ ἡμετέροιο πόνοιο,
ὀλβιόδωρε ἄνασσα, κυδίστη, ἀριστοτόκεια,
νυὲ χαριτοπρόσωπε μεγασθενέων βασιλήων
ἣν πλέον ἀπαστράπτουσαν ἐϋβλεφάροιο σελήνης
εἰς γάμον ὄλβιον ἤρατο νυμφιδίοις ἐπὶ λέκτροις
πορφυρόπαις γόνος Αὐσονάνακτος καρτεροθύμου,
Ἀνδρόνικος μεγάθυμος, ἐϋμμελίης πολεμιστής,
ᾧ γέρα πρῶτα σεβαστοκρατορίης νεῖμ᾽ ὁ φυτεύσας.
εἰς τοίνυν λυκάβαντας ἀπειρεσίους ἐλάσειας.

deinde R:

ἀλλ᾽ ὦ Μανασσῆ θελξικάρδιον στόμα,
Ὀρφεὺς νεαρὲ τοῦ παλαιοῦ βελτίων,

tur, sive bellicis machinis urbes oppugnatae diriperentur. hoc modo tribus annis imperio potitus vitam cum regno reliquit.

Enimvero deinceps oratio nostra in silentii portum sese conferat. nam mare quasi quoddam mihi praeclarorum facinorum rerumque fortiter gestarum a generosis imperatoribus aperitur, a viris inquam heroicis, generis nobilitate praestantibus, strenuis, magnanimis; quorum semitas ne linguae quidem quasi navigio permeare licet. quippe secundum haec spectandos sese praebent imperatores fortissimi Comneniadae, qui traiecere veluti quaedam integra victoriarum et tropaeorum maria, quae vix acer ille Hercules emetiri potuisset. quapropter hic sane rudentem, remis inhibitis velisque collectis, alligemus. nam quae ultra Gades sita sunt, uti proverbio dici consuevit, transfretando non fas est adire.

τὴν γλυκερὰν ψάλαξον αὖθις κιθάραν,
καὶ σὴν πρόσοψιν ὑπόδειξον τοῖς φίλοις,
καὶ προσλαλήσεις τοῖς μαθηταῖς ὡς πάλιν.

postreme codex quidam Labbeanus:

βίβλος πέφυκα πρὸς λόγους γηροτρόφος,
γηρῶσα τῷ νῷ καὶ νεάζουσα πάλιν,
τῶν γραμμάτων καίνισμα ἐκ πολλαχόθεν.
τοίνυν πρὸ ἔνδον εἰσφέρω τῶν ἐγκάτων
βίους ἀνάκτων τῆς νέας Ῥωμαΐδος,
Ῥώμης παλαιτάτης τε καὶ τριπεμπέλου
πολλῶν τε πάντων τῶν βεβασιλευκότων
Πέρσαις τε Χαλδαίοις τε καὶ Ἀσσυρίοις·
πόνημα καὶ γὰρ πανσόφου Κωνσταντίνου
πέλω Μανασσῆ τοῦ γραμματικωτάτου.

INDEX GRAMMATICUS.

παντομήτωρ 282.
παντοστεγής 40.
παντόστικτος 253.
παντοτέκτων 50.
παντόχυτος 43.
πάπας 3831, 4495, 4497.
πάππας 3831: papa, episcopus urbis, episcopus urbis. Concilium Constantinopolit. sub Menna: τῷ ἐν ἁγίοις πάπᾳ Ἀγαπητῷ. in synodo Carthaginiensi exstat epistola concilii Africani ad papam Celestinum urbis episcopum: Graecus interpres πρὸς Κελεστῖνον τὸν πάπαν. vide Glossar. ad Cedr. et Nicetam. Fabr.
παπίας 4697: vide Glossarium ad Cedr. et ad Anastasii historiam Ecclesiasticam in ea dictione. Fabr.
παπποπατρικός 5030.
παπποπατρόθεν 4509.
παππόπατρος 5915.
παπποπατρῷος 5575.
παράκοιτος 5884: accubitor et custos regii cubiculi. Michael Glycas p. 294: τῶν ἵππων φροντιστὴς καθίσταται, μετὰ ταῦτα παράκοιτος: qui alias παρακοιμώμενος dictus. idem Glycas p. 299: ὁ δὲ πατρίκιος Σαμωνᾶς προεβλήθη παρακοιμώμενος. qua dignitate ornati viri principes. Cantacuzenus 1 2: πλὴν ἑνὸς μόνου τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἀνδρονίκου τῇ τοῦ παρακοιμωμένου τετιμημένου ἀξίᾳ. lege παρ' Ἀνδρονίκου. sub cuius dispositione erant πρόκοιτοι, de quibus Nicetas p. 207 a: καὶ τοὺς προκοίτους καὶ προφύλακας. Ioannes tamen Antiochenus in chronicis nondum in lucem editis τοῦ Ἀρκαδίου πρόκοιτον vocat, quem alii πραιπόσιτον, ut Philostorgius 2 3, id est praepositum sacri cubiculi, alii sacri palatii cubicularium vocant, Marcellinus Comes in Chron. nisi forte legendum sit παράκοιτον. πρόκοιτοι autem ante sacrum cubiculum et fores excubabant; et ob id κοιτωνῖται dicti. purius autem σωματοφύλακας dici scribit Galenus περὶ τοῦ προγινώσκειν: ἄνθρωπόν τινα χαριλαμποῦς τοῦ κοιτωνίτου μέν, ὡς ἅπαντες οἱ νῦν Ἕλληνες ὀνομάζουσι, σωματοφύλακος δέ, ὡς οἱ περιέργως ἀττικίζοντες. quoniam autem inter eos quidam per vices septimanatim cubiculum imperatoris custodiebant, ideo ἑβδομάριοι dicti. Leo Grammaticus: ἐποίησεν ἑβδομάριον. Codinus in Originibus Cpolitanis: τοῖς ἑβδομαρίοις ἢ κοιτωνίταις αὐτοῦ. Fabr.
παρθενομήτωρ 4243.
παστοπήγιον 4332, 6450.
πατήρ 5565: imperii pater et custos, qui et βασιλεοπάτωρ dictus. Leo Grammaticus: ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ βασιλεοπάτορος κωλυόμενος, προσπαθοῦντος Μουσικῷ, πάντα ὡς λῆρον ἤκουεν. Cedrenus p. 617: τὸν Ῥωμανὸν βασιλεοπάτορα προβαλλόμενος. Michael Glycas p. 300: τὸν Ῥωμανὸν διὰ χρυσοβούλλου φύλακα ἑαυτοῦ, καὶ ἀντὶ πατρὸς ἐκεῖνον ἑαυτῷ καθίστησι. Fabr.
πατρεπωνυμία 6233.
πατρίκιος 3213: patricius. Marinus in vita Procli: Μάρκελλα μήτηρ πατρικίῳ κατὰ νόμον συναρμοσθεῖσα. Ducas c. 22: ὁ τούτου πατὴρ νοσηλευθεὶς προσκαλεῖται τὸν πρῶτον τῶν μεγιστάνων αὐτῷ, ὃν καὶ βεζύρην καὶ πάσσαν κατὰ τὴν αὐτῶν καλοῦσι φωνήν, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι πατρίκιον καὶ μεσάζοντα λέγουσι. et ibidem: καὶ Ἰπραΐμ τῶν πατρικίων ἢ Βεζυρήδων. comparat igitur patricium cum eo qui a Turcis *visir* et *bassa* dicitur. hinc πρωτοπατρίκιος, qui primum locum inter patricios obtinebat. Theophanes in Iustiniano iuniore: ὁ πρωτοπατρίκιος καὶ κόμης ὀψικίου. Malchus in Excerptis de Legationibus p. 92 c. ed. Reg. vide ad Cedr. Fabr.
πατρικιότης 4166: patriciatus dignitas. Priscus Rhetor in Excerptis de Legationibus p. 43 d: πρὸς δὲ τῇ ὑπατικῇ ἀξίᾳ καὶ τῆς πατρικιότητος τυχών. Novella 38 Theophilus § 4. quib. mod. ius potest. solv. vide ad Cedr. Fabr.
Πάτροκλον 4450: Excusatio. vide Gloss. ad Nicetam. Fabr.
πατρόπαππος 5915.
παχύφυλλος 530.
πεζόπτερος 5771.
πελαγόπλοος 4051.
πελαγοῦσθαι 418.
πέμπελος 6047, 6331, 6682.

INDEX HISTORICUS.

GEORGII ACROPOLITAE

A N N A L E S.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVI.

IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Georgius Acropolita rerum sua aetate gestarum commentarios reliquit duos, qui cum plerumque ad verbum conveniant, eo differunt quod alter quae ad rem publicam pertineant tradit, alter scriptoris vitam inserit. illum Theodorus Dousa edidit, hunc Leo Allatius: utrumque iuxta ponit editio Parisiensis, malo, si quid video, exemplo: cur enim eadem bis ingerantur? equidem Allatianum libellum (A) cum Dousano (D) ita contuli ut diversam huius lectionem, quae quidem verbis aut singulis aut paucis contineretur, tanquam e codice minus integro excerperem aut, si possem, ad emendationem converterem. sic scriptoris tertia ferme parte compendi facta, commentatorum quoque depascendam ratus luxuriam et Allatii de Georgiis eorum-

que scriptis diatribam reccidi, receptam praesertim a Fabricio (Bibl. Gr. t. 10 ed. antiq., t. 12 ed. Harles.), et Melchioris Incoferi de immunitate rerum sacrarum sententiam (p. 206—215 ed. Paris.) omisi, et passim locos bene multos delevi scriptorum tum aut ineditorum aut rariorum, nunc aditu tam facilium ut sufficere videretur, loci illi ubi reperiantur, verbo monere.

Scrib. Berolini cal. Iun. a. 1836.

THEODORI DOUSAE PRAEFATIO.

Quod de Africa olim, mallem hodie de Graecia diceretur, ut ea scilicet nobis aliquid novi subinde suppeditaret pareretque. quod quidem te iuxta mecum optare, qui tuus est erga litteras amor, lector candide, certo certius. eccum igitur tibi sub hoc omine votoque historicum mediae aetatis Graecum, nunquam ante hac editum, ex mea bibliotheca postliminio eductum. repertum olim in Galata (Pera vulgo) redemptumque a Georgio Cantacuzeno, ex cuius libro apographum transcriptum fuit manu Theodosii Zygomalae Nauplii ex petitione domini Georgii fratris mei P. M., qui auctorem illum inter alios Cpoli superioribus annis attulit. hic cum a me exercitii gratia pro meis viribus Latine translatus esset, vix tamen videbatur idoneus qui per virorum ora oculosque volitaret. versio rudis erat et nondum recognita; exemplar (quo unico usi sumus) ita corruptum, tot lacunis et maculis oppletum, tam denique ab omni parte culpa amanuensis (qui et ipse corrupto exemplari usus erat) vitiosum, ut nihil minus quam historia aliqua inde elici posse videretur. non mentior, lector: ad singula propemodum verba subsistendum mihi fuit et divinandum. quid quaeris amplius? fregi glaciem, quoad potui, auctorem lacerum mutilumque seposui,

ut meliori tempori reservaretur. sed cum I. Meursius et P. Scriverius, geminum et incomparabile seculi nostri eruditorum iubar, operam suam in hoc auctore liberaliter offerentes non esse procrastinandum dictitarent, accidit nescio quo modo ut hic liber una cum versione mea et notis nonnullis, e manibus mihi praereptus, quasi abortivus partus ante tempus nasceretur, ita tamen ut iidem illi quos dixi auctori huic corrigendo non parum lucis dederint, difficultates plurimas et inextricabiles errores explicuerint. tu interim, amice lector, tantis difficultatibus consideratis, hunc laborem meum studiumque promovendae rei historicae ex aequitate metire, et hac ipsa diligentiam meam compensa, aequi bonique consulens primam hanc Georgii Logothetae editionem: in magnis enim voluisse sat est: recogniturus eundem, si deo placet, aliquando, et luculentiorem, si vita supersit, producturus. interim esto contentus hoc Catone, et vale.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΑΚΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΧΡΟΝΙΚΗ ΣΥΓΓΡΑΦΗ.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΑΚΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ

ΧΡΟΝΙΚΗ ΣΥΓΓΡΑΦΗ.

Τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ συγγραψάμενοι διωρίσαντο, καὶ ἅπερ ἂν ἐκείνοις ἐπῆλθεν εἰπεῖν, ταῦτ' ἂν καὶ ἡμεῖς ἐρεῖν ἔχομεν· τί γὰρ ἂν καὶ εὕροιμεν καινότερον νόημα τοσούτων ἱστορησάντων καὶ σύμπαν καλὸν τῆς ἱστορίας ἀποφηναμένων ἐν τοῖς σφετέροις συγγράμμασιν; τάχα δέ, ὃ πλέον ἐκείνων ἐν τοῖς P 1

inscr. *Πόνημα χρονικὸν ἡμιτελές* D. *ἡ παροῦσα χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστίν, ὃς ἔκτισε καὶ τὸ μοναστήριον τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. περιέχει δὲ τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου* A. prooemium tale habet D: *Τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν συγγραψάμενοι διωρίσαντο, καὶ ἅπερ αὐτοὶ ἐκεῖνοι εἶχον ἂν εἰπεῖν ἀπὸ τῶν πραχθέντων ἀναμαθόντες, ταῦτα ἡμεῖς νῦν προϊόντες ἐροῦμεν, τῶν ἱστορίαν συγγραψαμένων ὡς ἐνὸν τὸν στῦλον (τοῦ στύλου?) ἐχόμενοι,*

GEORGII ACROPOLITAE

MAGNI LOGOTHETAE

ANNALES,

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

Historiae commoda, qui res gestas ante nos scripsere, oratione complexi sunt; alia nos ab illis quae ipsis in mentem venere non suggesserimus: quid enim post tot scriptores, qui totum quod in historia est bonum monumentis editis demandarunt, inauditum aut cuiquam novum afferemus? verum quod

' νῦν προκειμένοις ἡμῖν λέξειν ἄξιον, τοῦτό γε ἂν τῆς ἡμετέρας
P 2 συγγραφῆς προβαλούμεθα. τὸ δέ ἐστιν ὅτι καινοτέρων ἡμῖν προ-
κειμένων πραγμάτων, ἃ μήπω τις γραφῇ παραδέδωκε, καινότερον
συμβαίνει εἶναι καὶ τὸ ὠφέλιμον, ἐκείνων ἐν γνώσει τῶν ἀνθρώ-
πων γεγενημένων ἅπερ ὁ χύδην ῥέων λόγος οὐκ ἀληθῶς ἀποφαί-
νεται. οἱ μὲν οὖν τὰ καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶς συγγραψάμενοι ἄλλην
ἄλλος πεποίηνται τὴν ἀρχήν· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῆς τοῦ κό-
σμου γενέσεως ἤρξαντο, οἱ δὲ ἐξ ἀξιολόγου τινὸς ἀρχῆς, ἢ Περ-
σῶν ἢ Ἑλλήνων ἢ Ῥωμαίων ἢ ἄλλου οὑτινοσοῦν τῶν ἐθνῶν, ἕκα-
στος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν τὸ οἰκεῖον καταρτιζόμενος σύγ-
γραμμα. καὶ ἡμῖν οὐχ ἥκιστα οὕτω τὰ τῆς συγγραφῆς τελε-
B σθήσεται. τὰ μὲν γὰρ ἀπ' ἀρχῆς γεγενημένα τῆς τοῦ κόσμου
γενέσεως πολλοῖς τε καὶ πολλάκις ἐξιστορήθη, οὐ χρὴ δὲ λέγειν
καὶ ὡς πρὸς ἀλλήλους οἱ πλείους ἠναντιοφώνησαν τὰ τῶν βασι-
λέων συγγράφοντες, ἀλλοιώσεις τε χωρῶν καὶ πόλεων στάσεις καὶ

καθὰ μιμηταὶ τοῦ καλοῦ τῆς ἱστορίας ἐθέλοντες ἐπακούειν. καινοτέρων τοίνυν προκειμένων πραχθέντων πραγμάτων καὶ μήπω ἔτι οὐδενὶ συγγραφῇ παραδεδομένων καινότερον συμβαίνει πως γενέσθαι καὶ τὸ ὠφέλιμον· ἐκεῖνα γὰρ νῦν διηγησόμεθα ἃ χύδην καὶ πολυτρόπως πολλοὶ ἐσημείωσαν, ἐκλεξάμενοι καὶ ἀναμαθόντες τὴν ἀλήθειαν τῶν πεπραγμένων. οἱ μὲν οὖν τῶν συγγραφέων αὐτῶν ἄλλην ἄλλος πεποίηται τὴν ἀρχήν, ἢ ἀπὸ τῆς γενέσεως τοῦ παντὸς ἀρξάμενοι, ἢ ἀπὸ ἀξιολόγου ἀρχῆς, ὡς Περσῶν Ἑλλήνων Ῥωμαίων ἢ καὶ ἄλλων, ἕκαστος πρὸς τὸν σκοπὸν ἑαυτοῦ τὸ οἰκεῖον ἐξυφαινόμενος σύγγραμμα. ἡμῖν δ' οὐχ οὕτω τὰ τῆς συγγραφῆς ἡμῶν ἔσται, τοῦτο μὲν ὡς πολλοῖς συγγεγραμμένα, τοῦτο δὲ ὅτι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀντιλεγόμενα, μὴ καὶ ἡμεῖς ἀντιμάχης τυχόντες τὴν ἀλήθειαν ἀδικήσωμεν, ὡς οἱ παραχαράκται ἢ οἱ τὰ βασιλικὰ κέρματα λυμαινόμενοι. οὔτε γοῦν ἀφανῆ τινὰ καὶ πολυχρόνια ἀσάφειαν ἔχοντα συγγράφειν ἐπιχειρήσομεν, οὔτε πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἢ φθόνον, ἢ ἄλλων (ἄλλο τι?) τῶν συσκιαζόντων τὴν ἀλήθειαν καὶ πιθανῶς ἢ καὶ διαλεκτικῶς ἄλλα ἀντ' ἄλλων αναπλαττόντων, ἢ καὶ τὰ μὴ ὑπάρξαντα θαυμαστὰ μὲν ἀλλ' οὐ πιστὰ τῇ φύσει ἀναπλαττόντων, ἢ καὶ τὰ μικρὰ μεγαλυνόντων ἢ καὶ τὰ μεγάλα σμικρυνόντων τῇ πανδήμῳ ῥητορικῇ, ἀλλὰ φιλαλήθως τὰ ἐμφανῆ καὶ ἐπὶ τοῖς χρό-

in re proposita dictu dignum a nobis censetur, id scriptioni nostrae praeponemus, rebus scilicet novis obiectis nullique scriptorum enarratis novam quoque utilitatem nobis accedere, cum ea in cognitionem hominum veniant, quorum fluxo et popularis strepitus diffuso rumore veritati non recte consulitur. qui itaque res nostras historia prosecuti sunt, alio atque alio initio facto rem inchoarunt: ex his enim nonnulli ab orbe ipso condito, alii a praeclaro quopiam sive Persarum sive Graecorum sive Romanorum sive alterius nationis imperio exorsi, ad exitum sibi propositum scriptionem propriam direxerunt. nos etiam nihilominus narrationem nostram prosequemur. res quippe actas earumque cursum ab orbe condito multi ac saepe pertractarunt. neque hic operae pretium erit disserere quantum illi in rerum gestarum serie, regionum excidiis, urbium seditionibus, bellis commissis, ca-

πολέμων συρρήξεις καὶ ἀνδραποδισμοὺς καὶ νίκας καὶ ἥττας καὶ ὅσα τοιαῦτα συμβαίνει τοῖς καθ' ἡμᾶς. πολυσχιδῶν γὰρ τουτωνὶ τελούντων καὶ μηδὲ παρ' αὐτῶν ἴσως τῶν ἐνεργούντων γινωσκομένων, σχολῇ γ' ἂν τοῖς ἐξιστοροῦσι τοῦ ἀληθοῦς παντάπασι γενήσεται ἡ ἐπίτευξις. ἐκ τοῦ μᾶλλον δὲ καὶ ὅσα τῇ κοινῇ φήμῃ γνωρίζεται, ταῦτα τὸν ἐξιστοροῦντα παραλήψεσθαι δέον, εἰ μὴ ἀδικεῖν οὗτος ἐθελήσειε τὴν ἀλήθειαν ὡς οἱ τοὺς ὀβολοὺς κερματίοις ἐλλυμαινόμενοι ἢ καὶ παραχαράττειν βουλόμενοι. οὔτε C γοῦν πρὸς χάριν οὔτε πρὸς φθόνον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς μῖσος ἢ καὶ πρὸς εὔνοιαν συγγράφειν χρεών ἐστι τὸν συγγράφοντα, ἀλλ' ἱστορίας μόνον χάριν καὶ τοῦ μὴ λήθης βυθῷ, ἣν ὁ χρόνος οἶδε γεννᾶν, παραδοθῆναι τὰ ὑπό τινων γεγενημένα, εἴτ' ἀγαθὰ εἴτε φαῦλα τυγχάνοιεν. ἀρχὴ δὲ ἡμῖν γενέσθω ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις, οὕτω τοι περιφανὴς καὶ γνώριμος οὖσα σύμπασιν ὡς μηδὲ ἓν εἶναι τῶν ἐθνῶν ὃ μὴ ταύτην ἐγνώρισεν.

νοις εἰπεῖν ἡμῶν πεπραγμένα, ἐξ ὧν ἄλλα μὲν ἀπὸ τῶν ἀκριβῶς εἰδότων ἠκούσαμεν καὶ πεπληροφορήμεθα, ἄλλα δὲ καὶ ἀπὸ σημειωμάτων τῶν σπουδαιοτέρων, ἄλλα δὲ καὶ εἴδομεν καὶ ἐνωτίσθημεν, νέα εἰπεῖν καὶ πρόσφατα, ἐν οἷς ἀλήθεια γυμνῶς ἀναγράφεται, ὡς ἐπὶ στήλης ὁ ἀνδριὰς καὶ τὰ βασιλικὰ ἀπεικονίσματα τῆς μνήμης χάριν ἐπὶ στηλῶν ἢ ζωγραφούμενα ἢ πλαττόμενα ἢ ἐγγλυφόμενα, ἀνά τε τοὺς πολυανδρείους τόπους καὶ φόρους καὶ συνελεύσεις τετεχνουργημένα ἀνεστηλωμένα τε καὶ ἰσχυρῶς ἐνιδρυμένα. ἀρχὴ δὲ ἡμῖν γενέσθω τοῦ παρόντος συγγράμματος τῆς ἱστορίας ἅλωσις Λατίνων ἡ τῆς πασῶν μὲν πόλεων εὐτυχεστάτης, προκαθημένης καὶ βασιλίδος, τῆς Κωνσταντίνου, τοῦ Βύζαντος ποτέ, νῦν δὲ δυστυχεστάτης, ὡς ἐμφυλίοις κακοῖς ἐντυχούσης καὶ πράγμασι γειτονικοῖς καθὰ εἰπεῖν κυκλομερῶς καὶ ἁπανταχόθεν πολιορκηθείσης, ἵνα τὴν ταύτης κάραν εἴπω τὴν κομόεσσαν καὶ χαρίτων συρμάδας τὰς παντοίας κλινοῦσι, καὶ διαμεριοῦνται τὸν ταύτης πλουτισμόν. ἣν δὲ (δὴ?) ἅλωσιν δουπήσασαν ταραχαῖς πολέμοις ἀνδροκτασίαις αἰχμαλωσίαις, καὶ ἐνωτισθεῖσαν ἁπανταχοῦ ἔθνεσιν ἅπασι καὶ σύμπασι φάναι, φήμη, ὡς θεά τις καθ' Ὅμηρον καὶ αὐτή, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐρωτήματα τὰ συνήθη ἀνθρώπων καὶ διηγήματα ἐποίησε γνώριμον καὶ διάδηλον.

ptivitatibus, victoriis, cladibus et huiuscemodi generis aliis asserendis inter se dissentiant: cum enim varia sint ac multiplicia, adeo ut neque victoribus ipsis, ut ipse suspicor, innotescant, qui id fieri potest ut incorruptam fidem nudamque veritatem ab historicis expectemus? immo scriptori quae fama plurimorum celebrantur assumenda sunt, ni veritatem, quemadmodum qui obolos frustulis depravant aut adulterant, contaminare velit. non itaque gratia aut invidentia, non amore aut odio, sed cognitionis tantum causa, ut ne quae a nonnullis gesta sunt, sive illa prava sive bona, memoria hominum dilapsa oblivione, quae tempore irrepit, obruantur, scribenda historia est. narrationis nobis principium sit Cpolis expugnatio, urbis sane conspicuae omnibusque notae, et cuius nomen in humano genere nemo est qui non teneat.

2. *Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἀδελφοῦ τελοῦντος τοῦ προβεβασιλευκότος Ἰσαακίου, Ἀγγέλων καὶ ἀμφοῖν ὀνομαζομένων, τά* D *τε τῶν Ῥωμαίων τότε διιθύνοντος σκῆπτρα, οἱ ἐξ Ἰταλίας κατὰ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξεστράτευσαν. ἡ δὲ αἰτία τοιάδε. κατέβαλε μὲν τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἰσαάκιον ὁ προειρημένος Ἀλέξιος καὶ οἱ τὰς ὄψεις ἐπήρωσε, καὶ ἦν τὸ ἀπὸ τοῦδε τῆς τῶν Ῥωμαίων κρατήσας ἀρχῆς· ὑπῆρχε δὲ τῷ Ἰσαακίῳ υἱὸς ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθείς, τὸν μείρακα ἤδη ἀμείβων, ὃς δυσανασχετήσας τῇ τοῦ πατρὸς παροινίᾳ τήν φυγήν τε μηχανησάμενος ἐπὶ τὴν Ῥώμην χωρεῖ καὶ τῷ ταύτης ἀρχιερεῖ ἑαυτὸν πρόσρίπτει, λιπαρῶς τε τούτῳ προσκείμενος τὴν πατρικὴν ἐκδίκησιν ἐπεζήτει. ἐπεὶ δὲ τῷ τότε τύχοι πλήθη πολλὰ εἰς ἓν συναχθῆναι τῶν Ἰταλῶν, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς Ἰταλίας οἱ δὲ ἐκ τῆς τῶν* P 3 *Φράγκων ἀρχῆς, ἐκ δ' Ἑνετῶν ἕτεροι καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλοι, καὶ ἡ πρόφασις εἰς ἐλευθερίαν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπελθεῖν, ὅπου ὁ κυριακὸς τυγχάνει τάφος, ἣν δὲ ὁ τούτους συναθροίσας ὁ ἀρχιερατικῶς τῆς πρεσβυτέρας προϊστάμενος Ῥώμης, ὅν, ὡς προειρήκειν, ὑπὲρ τῆς πατρικῆς ἀρχῆς ὁ τοῦ Ἰσαακίου ἐξελιπάρει υἱός, ταῖς παρακλήσεσι τοῦ παιδὸς δυσωπηθεὶς ὁ πάπας, μάλιστα δὲ ταῖς ὑποσχέσεσιν (ἐτύγχανον γὰρ ἁδραί), παραδίδωσι τὸν παῖδα τοῖς ἡγεμόσι τῶν στρατευμάτων, ὡς ἂν αὐτὸν τῆς προκειμένης ἐκνεύ-*

1 *τοῦ Κομνηνοῦ — τά τε*] *τοῦ Ἀγγέλου τὰ* D 5 *ὁ προειρημένος Ἀλέξιος* om D 6 *καὶ ἦν — ἀρχῆς* om D 7 *ἐκ — ἀμείβων* om D 10 *περὶ* vulgo 11 *προσρίπτει, πατρικὴν ἐκδίκησιν ἐπιζητῶν*, omissis reliquis, D 13 *τῶν Ἰταλῶν* om D, *εἰς Ἰταλίαν* interpres 14 *ἕτεροι* add D 16 *συναθροίσας* — 19 *μάλιστα*] *ἀθροίσας ὁ πάπας, ὃς ταῖς παρακλήσεσι τοῦ παιδὸς καταδυσωπηθείς, μᾶλλον* D.

2. Alexio Comneno, Isaacii, qui ante imperium rexerat, fratre, (utrique Angelo nomen fuit) Romani imperii sceptra tenente, Itali Cpolim ducto agmine invaserunt. expeditionis causa haec fuit. Alexius Isaacium fratrem imperio spoliatum obcaecat, indeque Romanorum dominatum occupat: sed Isaacii filius e priore illi uxore susceptus, tum primum e pueris excedens, facinus patratum in parentem aegre ferens, fugam meditatus Romam appulit, et ad pedes pontificis provolutus impenseque exorans acrius ad ulciscendas paternas iniurias incumbebat. sors tunc tulerat ut complures in Italiam, non ex Italia modo sed ex dicione Gallica, aliique ex aliis locis (nec deerant Veneti) in unum convenirent, eo nomine ut Hierusalem, ubi dominicum erat sepulcrum, suo accessu in libertatem vindicarent. eos in eundem locum coëgerat, qui tunc tanquam summus sacerdos seniori Romae praeerat; quem, uti dixeram, pro paterno imperio recuperando Isaacii filius supplici oratione exorabat. adolescentis precibus, imo promissorum (neque enim exigua pollicitus fuerat) expectatione motus copiarum ducibus iuvenem committit, ut

σαντες τῷ πατρικῷ ἐγκαταστήσαιεν θρόνῳ, ἀναλώματά τε παρ' αὐτοῦ λάβοιεν ὁπόσα ἂν καθ' ὁδὸν ἀναλώσαιεν καὶ ὁπόσα περὶ τὴν Κωνσταντίνου βραδύναντες. ἀνήχθησαν οὖν οὗτοι τριήρεσί τε καὶ ναυσὶ κοίλαις. ἐπεὶ δὲ τῇ Κωνσταντίνου προσώκειλαν εὐτυχῶς ἐν πνεύμασι φοροῖς πεποιημένοι τὴν ἄνοδον, γνωρίζουσι B τοῖς ἐκεῖ τὸν παῖδα, τὴν ἀδικίαν, τὰ διὰ ταῦτα τοῦ Ῥώμης ἐντάλματα. μέχρι μὲν οὖν τινὸς λόγοι τε ἐξ ἀμφοτέρων ἐγεγόνεισαν τῶν μερῶν καὶ μάχαι κατὰ χερσὸν ἰσχυραί, ξυμβάσεις τε ἐκ πρεσβειῶν οὐδ' ὅλως συνέβαινον. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοῖς τοιούτοις ἀπώκνησε πράγμασι, μάλιστα δέ γε ἀπείρηκε τοῖς ἐντὸς εἰς σύγχυσιν ἀποβλέπουσι καὶ νοσοῦσι τὸ ἄστατον, τὰ πάντα χαίρειν ἐάσας φυγῇ ἐχρήσατο ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ, τοῦτο δὴ προσειπών, ὡς οἱ ἀκηκοότες ἔφασκον, τὸ "Δαβὶδ φυγὼν ἐσώθη," προσεπαγόμενός τε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ χρήματα τοῦ βασιλικοῦ C ταμιείου ἱκανά. (3) ἐπεὶ γοῦν οὗτος ἐξῄει τῆς Κωνσταντίνου, πρεσβεύουσι πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς οἱ οἰκήτορες, ὡς ἂν ὁ τοῦ Ἰσαακίου Ἀλέξιος, δι' ὃν, ὡς ἐδόκει, τὸ μάχιμον ἦν, ἐντὸς εἰσαχθείη καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθείη. εἰσάγεται γοῦν εἰς τὴν πόλιν ὁ παῖς ἐπὶ ταῖς προτέραις συνθήκαις, αἷς ὑπέσχετο τοῖς ἀναβιβάσασιν αὐτὸν Ἰταλοῖς, καὶ βασιλεὺς παρὰ παντὸς ἀναγορεύεται τοῦ λαοῦ.

1 καταστήσαιεν D 4 τε om D εὐτυχῶς — ἄνοδον post κοίλαις ponit A, πεποιημένοι τὴν ἄνοδον om D 6 ἐκεῖσε D 7 ἐξ ἀμφοτέρων post μάχαι, omissis τῶν μερῶν et κατὰ — συνέβαινον, D 10 γε om D 12 ἑκὼν — θυμῷ om D δὴ et 13 ὡς — τὸ et 14 προσεπαγόμενός — Κωνσταντίνου om D 16 Ἰσαακίου υἱὸς Ἀλέξιος D 17 δι' — ἦν om D 18 ὁ παῖς et 19 προτέραις om D.

eum de via decedentes paterno solio restituerent, sumptus sive in itinere sive apud Byzantios mora impensos ab ipso susciperent. triremibus itaque et navibus conscensis, secundissime rapacibus ventis acti Cpolim perveniunt: ibi manifestant adolescentem, patrata scelera, unde enata iussa pontificis ante oculos omnium proponunt. congressi sunt per breve tempus; colloquia inter ambas partes processerunt; praeliis nec contemnendis ad urbem decernunt. sed legationibus irritis gravius dissident. his imperator Alexius animum despondens, quin imo tractationibus civium confusis illis quidem ac lubricis diffidens, contemptis neglectisque omnibus fugam arripuit, sponte quidem, sed illubenti animo, cum illud enuntiasset, ut auriti testes referunt, "David fuga salutem sibi peperit", una secum et uxore et ingenti pecuniarum vi ex imperatorio aerario avecta. (3) eo itaque Cpoli egresso legationem cives ad Italos mittunt, ut Isaacii filius Alexius, cuius causa, ut videbatur, ad arma profectum erat, invectus imperator acclamaretur. quare adolescens, quibus se devinxerat deducentibus Italis, condicionibus introducitur, et uno omnium ore imperator

ἦσαν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦδε οἵ τε πολῖται οἵ τε Ἰταλοὶ τῷ δοκεῖν εἰρηνεύοντες, τῶν μὲν Ἰταλῶν ἀπαιτούντων τὰς ὑποσχέσεις καὶ τὰ ἀναλώματα, τῶν δὲ οἰκητόρων τῆς πόλεως ὑπὲρ ἀριθμὸν ἡγουμέ- D νων τὸ χρῆμα, καὶ διισχυριζομένων ὡς οὐκ ἂν ἔχοιεν τοσαῦτα τοῖς Ἰταλοῖς ἐπιδοῦναι. συνέβη δὲ τῷ τότε καὶ γογγυσμὸν ἐν τῇ πόλει τούτου χάριν γενέσθαι· ὁ γὰρ πατὴρ Ἀλεξίου ὁ Ἄγγελος Ἰσαάκιος (ἔτι γὰρ περιῆν τῷ βίῳ, κἂν ἀπῆρε μετὰ μικρόν) μήπω ἁλούσης τῆς Κωνσταντίνου γνώμην δέδωκεν ὡς τῶν ἱερῶν κειμηλίων συνάθροισιν γεγονέναι τὰ πρῶτα, ἐκεῖθέν τε ἄρξασθαι τοῦ πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς χρέους, τὸ δὲ ἐλλεῖπον ἐκ τῶν βασιλικῶν ταμιείων δοθῆναι καὶ τῶν οἰκητόρων τῆς πόλεως. ἐν τῷ μεταξὺ δὲ τῆς ἀμφισβητήσεως οὔσης καὶ ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἀφικνουμένων τῶν πρέσβεων, φονεύεται ὁ παῖς τοῦ Ἰσαακίου Ἀλέξιος P 4 παρ' Ἀλεξίου τοῦ Δούκα, ὃν πρωτοβεστιάριον οὗτος τετίμηκεν, οἱ δὲ τῆς πόλεως εἴς τι τῶν αὐτοῦ ἐπιμεμφόμενοι Μούρτζουφλον ἐκάλουν. ἀνηγορεύθη γοῦν παρὰ τῶν πολιτῶν ὁ ῥηθεὶς Ἀλέξιος Μούρτζουφλος βασιλεύς. τοῦ τοιούτου γοῦν χάριν ἐπὶ πλέον μανέντες οἱ Ἰταλοὶ ἄσπονδον τὴν ἔχθραν κατὰ τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐποίησαν. συνέβη δὲ καὶ ἕτερόν τι γενέσθαι τοῖς πολίταις βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον. τοὺς γὰρ Λατίνους, οὓς οἰκήτορας εἶχεν ἡ Κωνσταντίνου, οἱ προύχοντες καὶ τῶν ἐν τέλει συνεβουλεύσαντο ἀποπέμψαι τῆς πόλεως, ὡς μὴ ἐπιβούλους αὐτοὺς

1 ἦσαν — εἰρηνεύοντες om D 2 τὰς ὑποσχέσεις ἀπαιτούντων D 3 an ὑπεράριθμον? 6 τούτου χάριν post καὶ D 7 ἔτι — μικρὸν om D 10 τοὺς om D 12 πρέσβεων ἀφικνουμένων D 16 οὖν D 17 τοῦ τοιούτου] τούτου D 19 πεποιήκασι D 21 Κωνσταντινούπολις D.

salutatur. erant interim cives cum Italis imagine tantum pacis et amicitiae specie concordes, cum Itali promissa impensasque acrius reposcerent, cives earum summam subducta ratione immanem esse existimarent, minimeque se eam persolvere posse contenderent. interea novae turbae Byzantii concitae sunt. pater enim Alexii Angelus Isaacius, licet ex urbe declinasset, adhuc in vivis, paululum antequam Byzantium caperetur, sententiam tulerat ut ex donariis sacris in unum collectis divenditisque Italis debitum primum reponeretur; si quod deesset, ex aerario, civiumque facultatibus persolveretur. dum inter se dissident et hinc illincque legati mittuntur, filius Isaacii Alexius ab Alexio Duca, ab hoc eodem Isaacii filio protovestiarii dignitate insignito, et a civibus, nescio quid illi vitio vertentibus, Murtzuphlo dicto, obtruncatur. Murtzuphlus postea imperator non dissentiente populo eligitur. hinc magis ac magis Itali in furorem acti graves ac sempiternas inimicitias in Byzantinos susceperunt. per idem tempus laudabili consilio a civibus deliberatum est: nam qui praeerant et dignitatibus praefulgebant, decrevere ut Latini, qui Cpoli veluti accolae sedem posuerant, urbe

ἐντὸς ἔχοιεν. οἱ δὲ αὐτόμολοι πρὸς τοὺς πολεμίους χωροῦσι χιλιοστύες πολλαί, ὅρκοις ἀρρήκτοις τὸ πρῶτον τοὺς πολίτας πληροφο- B ροῦντες μὴ ἄν ποτε μελετῆσαι κατ᾽ αὐτῶν προδοσίαν, συναποθανεῖν δὲ, εἰ συμβαίη αὐτοῖς ὡς ἰθαγενεῖς καὶ αὐτόχθονας. καίτοι καὶ γυναῖκάς τε καὶ παιδία διδόντες ἐν ἀσφαλεστέροις ταῦτα τόποις ἀπαγαγεῖν οὐκ ἔπεισαν. ἐξελθόντες δὲ πολλὰ τοῖς ἐναντίοις συνήραντο ἅτε πλῆθος πολὺ ὄντες καὶ εἰδήμονες τῶν πραγμάτων.

4. Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἑάλω παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ͵ςψια΄, ιβ΄ τοῦ Ἀπριλίου ἄγοντος· τῷ γὰρ ι΄ ἔτει Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσώρμησαν, ἐν ἕνδεκα δὲ μησὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πόρθησιν. καὶ ἡ μεγίστη καὶ περιφανεστάτη πόλις ἑάλω, ἑνός, ὥς φασιν, ἢ καὶ δύο ἐπιπηδησάντων πρῶτον τῷ τείχει ἀπὸ κλίμακος εἰς ἱστὸν κειμένης μεγίστης κοίλης νηός. ὅσα μὲν οὖν συν- C έβη τῇ πόλει, μακροτέρων ἂν εἴη ταῦτα λόγων καὶ οὐ πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν· πάντως δὲ νοεῖν ἔξεστι πᾶσιν ὁπόσα ταῖς αἰχμαλωτιζομέναις πόλεσιν ἐπιπέπτωκε πάθη, φόνοι ἀνδρῶν, γυναικῶν ἀνδραποδισμοί, σκυλεύσεις, οἰκιῶν κατασκάψεις, τἄλλά τε πάντα ὁπόσα μαχαίρας ἔργον καθέστηκεν. ἐπεὶ γοῦν ἐγκρατεῖς γεγόνασι τῆς πόλεως οἱ Ἰταλοί, ὡς ἐξ ὑπερδεξίων ὁρμώμενοι τὴν

1 οἱ — τὸ] καὶ τὸ D 2 πληροφοροῦντας D 4 συμβῇ D 5 τε om D διδόντες et ταῦτα om D 8 παρῆλθον γοῦν D 9 Κωνσταντινούπολις D ἔτους — ͵ςψιά om D 10 ἄγοντος τοῦ Ἀπριλλίου D 12 καὶ περιφανεστάτη om D 13 πρῶτον add D 15 ταῦτα om D 20 τῆς πόλεως γεγόνασιν D post Ἰταλοί D διὰ τὰς ἁμαρτίας, ὡς ἦσαν οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδές ποτε καὶ συνᾴδει καὶ πᾶσα ἡ θεία γραφή,

pellerentur, ne Byzantini internis insidiis appeterentur. illorum multa milia in hostes transfugiunt, licet prius fidem suam solemni iureiurando obligarent nunquam se in cives proditionem meditaturos, commorituros potius, si opus fuerit, veluti domesticos et indigenas: imo cum uxores ac filios traderent, ut securioribus locis custodirentur, non suasere. hi urbe egressi, multi nimium rerumque periti, re et opera et consilio quam plurimum hostes iuverunt.

4. Post quadraginta itaque dies exactos Cpolis ab istis expugnatur anno ab orbe condito 6711, duodecimo mensis Aprilis. decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. sicque maxima urbium ac celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor increbuit, e scala malo navis maximae adnexa in muros insilientibus. quae vero mala urbs subiit, prolixiorem poscunt orationem longeque sunt ab hoc argumento. ad ea porro quisque animum defixerit, quae in excidio ac direptione urbium accidunt, caedes hominum, mulierum captivitates, praedas, domorum effossiones, cetera omnia, quibus gladii scelere ac facinore in hostes desaeviunt. Itali devicta urbe, veluti e loco superiori impetu facto, occi-

τε δυσμὴν πᾶσαν κατέδραμον, ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς ἑῴας μέρος οὐκ ἔλαττον. πρῶτα μὲν οὖν χειροῦνται τὰ τῆς δυσμῆς, πάντων ὑποφευγόντων αὐτοὺς ὡς ὑπό τινος θεηλάτου ἐλαυνομένων πληγῆς.

5. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Ἀλέξιος ὁ Ἄγγελος, ὃν ἀποδρᾶ-
D ναι ὁ λόγος εἰρήκει τῆς Κωνσταντίνου, ἐπὶ τὴν Φιλιππούπολιν ἀφικόμενος καὶ μὴ πρὸς τῶν οἰκητόρων δεχθεὶς ἐπὶ τὴν Μοσυνούπολιν ἀφικνεῖται, κἀκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἀλέξιος δὲ ὁ Δούκας, ὃς τὸν υἱὸν τοῦ Ἰσαακίου ἀπέκτεινε, βουλόμενος ἐκ κήδους αὐτῷ προσαρμόσασθαι ἅμα τε τὸν τοῦ Ἰσαακίου υἱὸν πεφόνευκε καὶ ἅμα τὴν τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου θυγατέρα Εὐδοκίαν προσηγάγετο εἰς γυναῖκα, ὑστάτην οὖσαν τῶν θυγατέρων ἐκείνου. τρεῖς γὰρ ὑπῆρχον αὐτῷ, καὶ ἡ μὲν πρώτη Εἰρήνη κατωνομάζετο, ἣν καὶ ἀνδρὶ συνέζευξεν Ἀλεξίῳ τῷ Παλαιολόγῳ, ὃν καὶ δεσπότην
P 5 τετίμηκεν· ἀλλὰ προῴχετο οὗτος τῆς Κωνσταντίνου ἁλώσεως. ἡ δὲ δευτέρα ἐκαλεῖτο Ἄννα, εἰς ἣν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν ἐπεγάμβρευσεν. ἡ δὲ τρίτη Εὐδοκία κατωνομάζετο, ἣν πρὸ καιροῦ ὁ πατὴρ αὐτῆς τῷ κράλῃ Σερβίας συνέζευξεν. ἐπί τινι δὲ πάθει, ὡς ἔφασκον, ταύτην οὗτος φωράσας ἐπὶ τὸν πατέρα πάλιν ἐκπέμπει, καὶ ἔμενεν οὕτως. ταύτην εἰλήφει ὁ εἰρημένος Δούκας Ἀλέξιος, τὴν οἰκείαν καταλιπὼν γαμετήν. ὡς γοῦν παρὰ τῶν Ἰταλῶν ἑάλω ἡ Κωνσταντίνου, ἀπέδρα καὶ οὗτος ἐκεῖθεν, ἐπιφερόμενος καὶ τὴν σύζυγον Εὐδοκίαν. μαθὼν δὲ ὡς ἐν Μοσυνουπόλει

3 ὡς om D 6 Κωνσταντινουπόλεως D 6 et 7 περὶ vulgo 8 τὰς om D 12 εἰς γυναῖκα προσηγάγετο D 15 ἁλώσεως] πόλεως D 17 κατωνομάζετο om D 19 ταύτην ante ὡς D οὗτος om D 20 ἔμενεν] ἦν D 21 Ἀλέξιος] ὁ Μούρτζουφλος D 22 Κωνσταντινούπολις D.

dentis oram omnem et orientis partem non minimam excurrere. primum occidentis partes, fugientibus omnibus tanquam ira caelitum invectum malum eos abigeret, in deditionem subigunt.

ib. v. 3. Ῥωμαίων] *Romanorum* appellatione accipit, quemadmodum et multi alii eius aevi scriptores, Cpolitanos Graecos. et *Romania* pro imperio Orientali in usu est, quia imperii caput Cpolis *Nova Roma* appellata est. Roma utique duplex statuitur in constitutionibus imperialibus, una vetus Italica, altera nova, id est Cpolis, quam veteris et antiquae Romae praerogativa laetari impp. voluerunt, lib. 6 C. de sacrosanct. Eccles. l. 40 C. de Episcop. et Cler. l. 4. de operib. public. l. ult. C. in quib. caus. pign. l. ult. C. de temporibus in integ. Zonaras aliique infiniti auctores cum νέαν Ῥώμην dicunt, Cpolim intelligunt. quod notum est. Dousa.

ib. v. 4. κατέβαλε μὲν] accidit id anno domini 1195. imperasse autem Isaacium Nicetas ait annos 9 menses 7. post quem Orientis 58 imperator factus Caesar Alexius 3 Angelus Pius Felix Augustus, qui imperavit annos 8 menses 3 dies 10. venit in Italiam Alexius (puer forte duodecim annorum) imp. Isaacii Angeli, caeci et captivi ac imperio deiecti filius, auxilii a Latinis sive Occidentalibus contra tyrannidem Alexii patrui petendi causa, anno 1201. Romanae sedis tum pontifex erat summusque antistes Innocentius III. de tota hac re inter alios videndus Nicetas et Vincentius Bellovacensis spec. histor. lib. 30 cap. 64. quo in loco Vincentius patrem pueri *Conrezas* prodigiose vocat, itemque cap. 90 et 91 *Thursath*, et cap. 101 *Thursac*. peccavit nempe ipse aut librarii eius propter imperitiam linguae Graecae vulgaris. scribendum *Kur Isac,* Κῦρ Ἰσαάκ. idem mendum est apud veterem chronographum regium, magistrum Rigordum Gothum, de Gestis Philippi Augusti Francorum regis, ad annum 1201, ubi legitur *Conzerac*. quin immo in ipsis epistolis Balduini imp. et H. comitis Sancti Pauli, apud Godefridum Colon. S. Pantaleonis monachum, ad annum 1201, ubi *Tirsachius* scriptum est. non minus imperite apud Antoninum archiepiscop. Florent. legitur volum. 3 tit. 19 cap. 2 § 1 *Chorean* pro κῦρ Ἄγγελος. truncata huiuscemodi vocabula multa posterioribus Graecis usitata. τὸ κῦρ pro κύρος aut κύριος, *dominus,* propriis

nominibus praeponi solitum, Martino Crusio in Turco-Graecia et Ioanni Meursio in Glossario Graeco-barbaro notatum. Anthos, qui liber est linguae vulgaris Graecae: *ἐβασίλευσεν εἰς αὐτὸ τότε ὁ κῦρ Κωνσταντῖνος ὁ Παλαιολόγος.* sic *κυρά* pro *κυρία*, *domina*, dicebant. atque hinc Iacobus Philippus Bergomas liberandus ab insigni hallucinatione, an mendo? lib. 12 Chronici, ubi de Montisferrati marchionatus primordiis circa annum 985 agit eiusque marchiones recenset, ait Emmanuelem Cpolitanum imp. Reinerio Montisferratensi uxorem dedisse filiam suam nomine *Curamariam*. atqui Nicetae lib. 6 scribitur Maria Emmanuelis F. collocata fuisse marchioni Montisferrati, imberbi adhuc adolescentulo, ipsa trigesimum aetatis annum iam egressa. ergo *Curamaria* haec est *Κυρὰ Μαρία*, *domina Maria*, unde ignobile et inauditum illud nomen detortum. et quod monstrosius, ex hac *Curamaria* alii *Cunariam* fabricarunt pudendo errore. sed huiuscemodi hallucinationibus plurimi neoterici vulgo implicantur, qui ad hoc exemplum castigandi sunt. sed haec obiter monuisse sufficiat. ad historiam quod attinet, legendi praeter Nicetam, Rigordum, Godefridum S. Pantaleonis monachum Colon. in annalibus ad annum 1203, quos dixi, ex recentioribus Blondus Flavius Decad. 2 lib. 6 et de Gestis Venetorum, M. Antonius Sabellicus Histor. Venet. lib. 8, Platina in vita Innocentii III, Paulus Aemilius Histor. Gal. lib. 6, et Petrus Iustinianus Venet. multa ibi de navigatione Latinorum sive Occidentalium cum Alexio puero Cpolim versus, de Alexii impii fuga, de urbis expugnatione et Murzufli tyranni de Tauri columna praecipitatione, de obitu impp. Isaacii et filii Alexii, de imp. Balduino Flandro; quae circa annum 1202 et 1204 peracta sunt. expugnatam autem urbem invenio, ea parte qua regia est et templum S. Sophiae, duabus navibus colligatis et ad murum admotis, *Paradiso* et *Peregrina* nominatis, apud Vincentium lib. 30 cap. 91, ex epistola (ut videtur) ipsius Balduini imp. extant quippe de hoc bello duae epistolae satis prolixae apud Arnoldum Lubecensem Chron. Sclavor. lib. 6 cap. 19 et 20. scribitur in una de prospera Cpolim navigatione, de imperatore superato, de imp. Isaacio custodia educto, de illustris filii eius Alexii in ecclesia S. Sophiae coronatione, de gratitudine eius erga Latinos, et alia. item in altera imp. Alexium perfidia Graecorum seductum, ne promissa faceret, a Murzuflo Duca necatum, et latera costasque eius clava ferrea confractas esse; nec multo post dominum Isaacium, a quo filius dicebatur fuisse seductus, diem clausisse extremum, Murzuflum occupasse tyrannidem. inde 5 eidus Apriles, sexta feria, Latinos navali praelio infeliciter cum Graecis dimicasse: sed pridie eidus, secunda feria post passionem domini, conscensis muris in urbem irruisse; imperatorem, qui non procul a muris steterit in tentoriis armatus, conspecto hoste sta-

tim fugisse; Latinos magna caede facta urbem invasisse. postridie Murzuflum iterum repugnantem victum esse; tum plenam victoriam Latinis obtigisse, et inaestimabilem praedam abactam equorum auri argenti gemmarum et pretiosarum vestium. *si inter singulos* (inquit) *victoriam partiamur, quilibet ex nostris non pauciores quam centum obsedit et vicit. nobis non victoriam usurpamus: a domino est factum istud; et est mirabile in oculis nostris.* addit a certis delectis die dominica *misericordias domini* imperatorem electum esse, sequentique dominica *iubilate deo* ingenti omnium applausu sublimatum. ibidem hoc titulo usus, *Balduinus dei gratia fidelissimus imperator Cpolitanus, a deo coronatus, Romaniae* (ita apud Arnoldum est legendum) *moderator et semper Augustus, Flandrensis et Hennegoviensis comes.* has epistolas legere volenti in mundo est Arnoldus Lubecensis abbas, continuator Helmoldi Sclavorum chronographi, ipso lib. 6 fine. prior inscripta est *excellentissimo Dn. Othoni, dei gratia Romanorum regi et semper Augusto,* posterior inscribitur *universis Christi fidelibus, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, primoribus, praepositis, decanis, caeterisque ecclesiarum praelatis ecclesiasticisque personis, baronibus, militibus, sarziantis omnique populo Christiano.* atque eadem haec repraesentatur etiam in Annalibus Godofridi monachi, ceu missa Adolfo Coloniensi archiepiscopo. conferant quibus otium et lubido est, mutuaque opera eam restituant. legitur ibidem et alia epistola, quam Henricus (qui aliis Hugo) Sancti Pauli comes Henrico duci de Lovanio, id est Brabantiae, misit. quam vide; et plura si voles, adhibe Guntherum monachum coenobii Parisiensis in Alsatia, qui historiam hanc captae Cpoleos ex ore Martini abbatis sui, qui expugnationi et victoriae interfuit, fuse descripsit, editam nuper ex membranis ab Henrico Canisio Noviomago I. C. Antiquae lectionis tomo 5 part. 2. Dousa.

p. 6 v. 9. φυγήν τε μηχανησάμενος] Alexius obcaecati Isaacii filius ab Alexio patruo a custodia eductus, libertate et licentia utens, quidquid aliter narret Blondus Decad. 2 lib. 2, Alexium contra protostratorem exiturum ad Democraniam sequitur. is, nec abnuente patruo, cum Pisano quodam de fuga consilio inito, ubi navigandi opportunitatem captasset, ad Hellesponti Auloniam fertur, et Athyrae commorans per scapham navis ad navem grandem pervehitur. conatus in eo capiendo Alexii patrui frustra omnes fuere: nam ille coma in orbem rasa et Latina veste induta, et in turba magna obversans, inquisitores latuit. Choniata in Alexio Comneno lib. 3 p. 710 12. Alexii in custodiendo Isaacio fratre excaecato negligentiam non sine periculo notat. quid ergo nugatur Blondus Histor. decad. 2 libro 6? *frater erat Alexius, aetate minor, cum quo indulgentissime agebat, adeo ut nihil sibi ad summam administrationis praeter im-*

peratorium deesset nomen; eumque a Turcis sua temeritate captum imperator magna vi pecuniae impensa redemerat. qui pessimo vir ingenio piissimum indulgentissimumque fratrem dolo captum excaecatumque trusit in carcerem, eademque impietate Alexium nepotem, Isaoh genitum, annos duodecim agentem, nisi fuga elapsus fuisset, excaecare aut interficere quaesivit. perductus in Siciliam Alexius puer a sorore Irene recipitur et Philippo marito commendatur, ut patri suo pro virili opem ferat simul et imperio et oculis privato, et fratrem quoque iuvet exulem et extorrem. his ille praemunitus literis ad summum pontificem et regem Alemaniae Philippum progreditur, a quibus classium praefectis, qui ad Palaestinam contendebant, commendatur, ut eum, si fieri posset, in patrium imperium restituerent. et exceptus humanissime pepigit et sacramento firmavit ea se praebiturum quae vix ad exitum perduci poterant: nam praeter pecuniarum acervos auxilium contra Sarracenos cum Romanis militibus et quinquaginta triremibus promisit, et Latinorum religionem amplexus privilegiorum Romani pontificis eiusque in Orientali imperio auctoritatis restitutionem pollicetur, *promittens*, verba sunt Innocentii papae epistola ad Alexium imperatorem Cpolitanum, puer nempe Alexius, *quod tam in subsidium terrae sanctae quam in expensis et donativis eis magnifice responderet, paratus etiam in omnibus et per omnia nostris stare mandatis, eo quod sacrosanctam Romanam ecclesiam vellet iuxta posse suum modis omnibus honorare, ac ea efficere quae nostrae forent placita voluntati.* sic ille Cpolim conducitur. id cum rescisset Alexius patruus, ipse quoque legatos ad pontificem misit, qui proponerent Christianorum exercitum in subsidium terrae sanctae destinasse suas regiones invadere et contra Christianos arma movere; sui muneris esse ut eos a tali proposito revocaret, ne eorum manus Christianorum sanguine foedarentur et dei offensam incurrerent; ne Alexio filio Isaacii, qui contra imperium lapidem omnem movebat, opem praestaret, cum imperium illud non successione sed electione confortaretur, et Alexius, prius quam pater eius esset imperator, natus esset, nec poterat sibi in imperio ius aliquod vindicare. quid ad haec responderit summus pontifex, ex eiusdem literis ad eundem Alexium, quas perperam nonnulli ad Isaacium referunt, videri potest.

p. 6 v. 12. ἐπεὶ δὲ τῷ τότε] classis Veneta ab Erico Dandulo Venetiarum duce, hominum omnium Graecis infensissimo, deducta. Ubertus Folieta Genuens. Histor. lib. 4: *Michael Palaeologus sese navalibus opibus, quibus eo tempore omnino carebat, muniendum ratus adversus Venetos perpetuos Caesarum Graecorum hostes, quorumque in Graecis expellendis magna pars operae fuerat, quique complures urbes ac loca imperii tenebant, in opem Genuensem confugit.* expeditionis socii adiun-

guntur Bonifacius marchio Montisferrati, Flandriae comes Balduinus, comes Sancti Pauli Ericus, comes Pleae Doloicus, et alii complures, tradit Choniata, audaces bellatores et statura suis hastis propemodum pares. navium toto triennio Venetiis fabricatarum, nec non equitum, et militum numerum habes apud eundem Choniatam, Andream Dandolum Hist. Venet. lib. 10 cap. 3 et alios. plura ducum nomina apud Iacobum Meyerum in Annal. Flandricis, anno 1203. ALL.

p. 6 v. 16. ἦν δὲ ὁ τούτους συναθροίσας] maligne admodum noster Acropolita causam Cpolitanae expeditionis in Romanum pontificem, ut in eum Graecorum odia excitet, coniicit; quam magis ingenue in Venetos et eorum ducem Dandulum, Graecis, ut diximus, infensissimos, alii referunt. Danduli machinas et artes, quibus classem illam instruxit, Choniata minutatim narrat. alienum pontificis Innocentii animum ab ea expeditione, quam summis conatibus procurabat marchio Montisferrati Bonifacius, satis nobis indicant eiusdem Innocentii ad Alexium literae et auctor illius actorum. *ipse vero, marchio, de Francia per Alemanniam transitum fecit, ubi cum Philippo duce Sueviae, qui se regem gerebat, dicebatur habuisse tractatum, ut Alexium sororium suum, filium videlicet Isaacii quondam Cpolitani imperatoris, cuius sororem ipse Philippus duxerat in uxorem, a foedo captivitatis ergastulo fugientem reduci faceret Cpolim ab exercitu Christiano ad obtinendum imperium Romaniae. de quo cum idem marchio ad summum pontificem accessisset, coepit agere a remotis. sed cum intellexisset ipsius animum ad hoc non esse directum, expeditis negotiis ad crucis officium pertinentibus ad propria remeavit.* vide de hac eadem re Annales doctissimos Oderici Raynaldi ad annum 1203, qui pluribus Romanum pontificem a Graecorum calumnia liberat. ALL.

ib. v. 20. ἐτύγχανον γὰρ ἁδραί] suntque in hanc maxime formam foedera constituta: *reductus in patriam Alexius, imperatorque aut solus aut cum patre, si superstes inveniretur, constitutus, Graecanicam ecclesiam et religionem Romanae ecclesiae aut catholico ritui subiiceret. pro damnis insuper, quae tam Venetis quam Francis ubique constitutis Hemanuel imperator pridem intulerat, triginta milia auri marchas dissolveret. principibus vero expeditionis navali impensae satisfaceret, in qua erant Venetis obligati.* Blondus Decad. 2 lib. 6 et Sabellicus Ennead. 9 lib. 5: *moverunt ducum animos pueri lacrimae et tenera aetas, cui facile favor conciliatur, sed magis praemia quae promittebantur: nam praeter caetera spes praetendebatur fore ut si Alexius cum patre imperium recuperasset, Cpolitana ecclesia Romanae subiiceretur.* ALL.

p. 7 v. 5. πνεύμασι φοροῖς] Choniata p. 717 15. ALL.

ib. v. 8. μάχαι κατὰ χέρσον] vide Choniatam ibidem. ALL.

p. 7 v. 11. τὰ πάντα χαίρειν ἐάσας] nam post pugnam detrectatam, et malo genio in fugam impellente, in palatium reversus cum Irene filia et decem auri centenariis, cum alio ornatu imperatorio ex pretiosis gemmis et perspicuis margaritis, sub primam noctis vigiliam Debeltum contendit. Choniata p. 723 24. All.

ib. v. 13. Δαβὶδ φυγὼν] Regum lib. 1 cap. 23 v. 13: καὶ ἀπηγγέλη τῷ Σαοὺλ ὅτι διασέσωσται Δαβὶδ ἐκ Κεϊλά. *nuntiatumque est Sauli quod fugisset David de Ceila et salvatus esset.* et lib. 2 cap. 15 v. 14. fugit ab facie Absalomis, omnesque suos, quos Hierosolymis habebat, ut fugiant hortatur; quo spectat inscriptio Psalm. 3. Dousa.

ib. v. 14. τὴν γυναῖκα] de uxore ne verbum quidem Choniata; tantum advectae secum filiae meminit, quam tacuit noster Acropolita. unde vero hausit Blondus lib. 6 Decad. 2 Historiae? *ad eum tumultum in urbe concitum Alexius patricida territus, nocte concubia fugiens, ingentem thesaurum, quod postea rescitum est, apud Hirenem filiam virginem in monasterio defossum reliquit.* et Sabellicus Ennead. 9 lib. 5: *Venetis in muros accedentibus et in urbem irrupturis adversa vi Graeci resistunt. aegre urbs prima die est defensa. nocte, quae deinceps secuta est, Alexius imperator, desperatis rebus, uxore et liberis relictis, occulte fugam occupat, magno auri pondere apud Irenem filiam, unam ex sacris virginibus, humi defosso.* All.

p. 8 v. 2. Ἰταλῶν ἀπαιτούντων] postulabant enim auri centenarios quinquaginta statim numerandos, et adiiciebantur condiciones durissimae, tolerabiles tamen nec omnium difficillimae, quibus captivitatis periculum imminebat ac publicum exitium. All.

ib. v. 8. τῶν ἱερῶν κειμηλίων] consilium Isaacii secutus est Alexius filius, sacrosancta profanans et templa invadens, ut nec sacris imaginibus parceret, quarum ornatum abreptum imaginibus ipsis humi proiectis et sacra vasa ab iisdem met templis rapta et conflata ut vulgare aurum et argentum hostibus dabat. gentilium ea fuit opinio, ad conservandam rem publicam templa deorum nonnunquam denudare licere. Seneca Controv. 4: *pro re publica plerumque templa nudantur, et in usum stipendii dona conflantur.* Nerva ut impendia contraheret, sacrificia non pauca sustulit. sed parum nobis quid gentiles senserint. Christiani Christianam, veram nempe doctrinam amplectimur, et denudationem templorum similem, si necessitas, quam leges praescribunt, defuerit, et auctoritas pontificis concedentis, detestamur. Graeci licet suis semper et in omnibus supparasitarentur imperatoribus, rapinam hanc summis etiam maledictis, non sine indignatione lacessere. Nicetas de Isaacio Angelo et Alexio filio p. 729 8. quocum conferre iuvabit quae Anna Comnena nar-

rat lib. 6: οὐκ ἔλαθε δὲ τοῦτον — πρυτανεύεσθαι παρεκελεύσατο. ALL.

p. 8 v. 14. ὃν πρωτοβεστιάριον] Choniata p. 745 7. ALL.

ib. v. 14. de *protovestiarii* dignitate vide Glossarium Meursii in Βεστιάριον. differebant autem dignitate et munere *protovestiarius* et *protovestiarites*, cuius infra auctor noster meminit. vide ibi. Blondus de Gestis Venetorum Alexium hunc non recte *protonotarium* facit. quod tamen amanuensis aut librarii mendum videri potest, cum Decad. 2 lib. 6 aliter sit, et *protovestiarium* diserte legamus. DOUSA.

ib. v. 16. Alexius cognominatus *Murtsuphlus* Graeco vocabulo ob coniuncta et veluti oculis imminentia supercilia. Nicetas in Isaacio Angelo et Alexio F: μόνος δ' ἐκ πάντων ὁ Δούκας Ἀλέξιος, ὃς ἐκ τοῦ συνεσπᾶσθαι τὰς ὀφρῦς καὶ οἷον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι πρὸς τῶν συνεφήβων ἐκωνόμαστο Μούρτζουφλος. forte Μούρτυφλος. varie autem hoc nomen apud historicos vulgo concipitur. in epistola Balduini imp. apud Godefridum Monachum *Morchuflus*, apud Vincentium Bellovacensem *Morculphus* et *Marculphus*, et sic in chronico Altissiodorensi. Blondo de Gestis Venetorum est *Murtilus*, eidemque Decad. 2 lib. 6 *Murtilus, velut aliqui habent scriptores, Morchulfus*, Paulo Aemilio *Myrtius vel Murzuphlus*, Gunthero Monacho in Historia Cpolitana *Murtiphlo*, cum interpretamento *id est flos cordis*. DOUSA.

ib. v. 20. βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον] cum pro his in apographo ipso in contextu legeretur ἀτόπημα, quod nos in versione sequuti sumus, additumque in margine esset βούλευμα ἐπαίνου ἄξιον, quod videtur Graeculi cuiusdam sive hominis otiosi commentum, id ipsum perperam in contextum ab operis receptum est. quod monitum volui, lector, nescius ne esses. DOUSA.

p. 9 v. 8. ἑάλω] ne tantopere decantatam Byzantii oppugnationem expugnationem et excidium non sine taedio concinamus, vide auctores qui de ea scripsere, inter alios Nicetam, qui fuse et non sine lacrymis oculatus ipse testis prosequitur. Dorotheus Monembasiensis in synopsi Historiarum: καὶ τότε ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς ἤτοι ὁ ῥῆγας τῆς Φράντζας γράμματα νὰ πᾶσιν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ νὰ ἀφήσουν τὸ ταξίδη τῶν Ἱεροσολύμων. καὶ ἔτζη ἐπῆγαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καὶ εὔγαλαν τὰ φουσάτα τῆς στερεᾶς, καὶ τὰ κάτεργα τῶν Βενετίκων τοῦ πελάγου ἀπέξω ἀπὸ τὰ τοιχεῖα. καὶ ἔδωκαν μέγαν πόλεμον καὶ φοβερόν, καὶ μὲ ταῖς λουμπάρδαις ἔκαμαν χαλαστρίαις τὰ κάτεργα, καὶ ἐμπῆκαν οἱ Βενέτικοι εἰς τὴν πόλιν πρῶτα ἀπὸ τοὺς ἄλλους. καὶ τότε ἐμπῆκαν τὰ φουσάτα τὰ ἄλλα, καὶ ἔβαλαν παντιέρες ἤτοι φλάμπουρα εἰς τὰ τοιχεῖα, καὶ με μεγάλαις χαραῖς ἔπαιξαν ταῖς τρουμπέταις καὶ τὰ ἄλλα παιγνίδια. καὶ ὡς ἐκυρίευσαν οἱ Φράγκοι τὴν πόλιν, ἐγύρευσαν τὸν βασιλέα καὶ δὲν τὸν ηὗραν. nullae hic

ad oppugnandam Cpolim summi pontificis literae. totum hoc negotium regis Franciae fuit. quomodo vero Veneti primi ante alios ingressi Byzantium dicuntur? cum res civium apud summum patrem gereretur vitaque eorum in dubio esset, pactionibus saepe confusis, Venetiarum dux Ericus Dandulus cum imperatore de pace acturus triremi iuxta Cosmedium appellit. eodem et imperator equo advehitur. dum de pace et condicionibus disputatur, Latinorum equestres copiae ex superiore loco subito erumpentes laxis habenis imperatorem petunt, ut vix equo converso periculum effugerit et comitum eius aliqui caperentur. exinde maximae hostiles naves, in quibus paratae erant scalae caeteraque instrumenta ad oppugnandum necessaria, recta ad moenia accedunt et occupant. ex Choniata. ALL.

p. 9 v. 9. *ἔτους μὲν ὄντος*] Acropolita noster facit annum 6711: namque decimo mensis Maii in urbem appulere, continuarunt obsidionem menses undecim, quare 11 mensis Aprilis urbem ingressi sunt. nam si 58 annos eam tenuere Latini, et anno 6769 recuperarunt Graeci, si demas occupatae numerum, qui remanent erunt anni 6711. Choniata in die mensis concinit, in anno non item, tanquam qui anno uno auctior sit: ait enim eam captam anno 6712. ex quibus corrigendus est idem Choniata in Balduino: *δεκὰς μὲν οὖν ἐπὶ δυάδι τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἐνειστήκει, τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ* (legitur *ὀκτακοσιοστοῦ*) *δωδεκάτου ἔτους, καὶ ἡ βασιλὶς πόλις πρὸς Λατίνων κεχείρωται.* et alio quoque loco *πέμπτην ἄγοντος καὶ εἰκοστὴν τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς τότε τρεχούσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ* (legitur *ὀκτακοσιοστοῦ*) *τρίτου καὶ δεκάτου ἔτους.* ALL.

ib. v. 13. *ἀπὸ κλίμακος*] Choniata p. 721 21 et 753 14. ALL.

ib. v. 14. *ὅσα μὲν οὖν*] malorum infortuniorum ac caedium, quibus in clade illa Cpolitana ac Orientalis imperii humanum genus, sed Graecorum potissimum afflictum est, post dei omnia disponentis providentiam et in peccata hominum nunquam non sontium saevientis humanitatem, causam Graeci Latinis, quorum saepius alias furorem et immanitatem experti fuerant, attribuunt, Latini Graecorum perfidiae et apostolici culminis odio. Latinisne an Graecis fides in hoc negotio habenda est? Latini dicent sibi: nam Graeci eloquentia omnia invertunt, homines fallaces et leves et ad nimiam assentationem eruditi, profitentes quemadmodum causa inferior dicendo fieri superior posset, otiosi, loquaces, contentionis cupidiores quam veritatis; quibus, ut finiam, iusiurandum iocus est et testimonium ludus. Graeci sibi fidem praestandam esse contendunt. quae ipsi de Latinis dicunt, ut fidem elevent, non hic congeram. Graecis de Latinis loquentibus fidem nullam esse asseverabunt Latini: contra Graeci nul-

iam Latinis de Graecis. sic par pari redditur. res itaque haec in obscuro latebit, nec quisquam veritatem inveniet? minime vero. recurrendum est ad communem iudicem, qui momentis rationum ab utrisque auditis sine partium amore aut odio pronuntiat. is fuerit summus pontifex Innocentius, qui in re gravissima rationibus ponderatis, addito etiam spectatissimorum hominum consilio ad marchionem Montisferati datis literis ita deliberavit· *vos nullam in Graecos iurisdictionem aut potestatem habentes a puritate voti vestri timere declinasse videmini, dum non contra Sarracenos arma movistis, non intendentes ad recuperandam Hierusalem sed Cpolim occupandam, terrenas opes caelestibus divitiis praeferendo. illud quoque longe gravius reputatur, quod quidam nec religioni nec aetati nec sexui pepercerunt, sed fornicationes adulteria et incestus in oculis omnium exercentes non solum maritatas et viduas, sed etiam matronas virgines deoque dicatas exposuerunt spurcitiis gartionum. nec imperiales suffecit divitias exhaurire ac diripere spolia maiorum pariter et minorum, nisi ad ecclesiarum thesauros, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extendistis manus vestras, tabulas argenteas de altaribus rapientes, et violatis sacrariis cruces icones et reliquias asportantes, ut Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligatur, ad obedientiam apostolicae sedis redire contemnat, quae in Latinis non nisi perditionis exempla et opera tenebrarum aspexit, ut iam merito illos abhorreat plusquam canes. tu vero contra iurisdictionem et potestatem indebitam, vel potius usurpatam, apostolicae sedis legati consilium allegasti, tanquam ex eo vobis licuerit cum praefato adolescente ad instituendum sibi Cpolitanum imperium proficisci* etc. ista vel similia ad alios eorum scribens summus pontifex repetit: *ecce quod cum moerore referimus et rubore, unde videbamur hactenus profecisse, deficimus, et angustamur, unde credebamus potissimum dilatari; quomodo enim Graecorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligitur, ad unitatem ecclesiasticam et devotionem sedis apostolicae revertetur, quae in Latinis nonnisi perditionis exemplum et opera tenebrarum aspexit, ut iam merito illos abhorreat plusquam canes? illi etenim qui non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi quaerere credebantur, gladios quos exerere debebant in paganos, Christianorum sanguine cruentantes, nec religioni nec aetati nec sexui pepercerunt, incestus adulteria et fornicationes in oculis omnium exercentes, et tam matronas quam virgines etiam deo dicatas exponentes spurcitiis gartionum. nec suffecit eisdem imperiales divitias exhaurire ac diripere spolia principum et maiorum, nisi ad thesauros ecclesiarum, et quod gravius est, ad ipsarum possessiones extenderent manus suas, tabellas argenteas etiam de altaribus rapientes et inter se confringentes in frusta, violantes sacraria et cruces et reliquias asportantes* etc. cum autem tabularum ar-

gentearum mentionem fecerit Innocentius, non erit abs re, quod de tabula sive ara templi sanctae Sophiae comminiscitur Dorotheus Monembasiensis, ad posterorum memoriam recensere. inter etiam alia sacra ac pretiosa donaria a Venetis aliisque erepta rem quoque commemorat hoc modo: *καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐπῆραν, ἀμὴ καὶ τὴν ὑπερθαύμαστον καὶ ἐξάκουστον ἁγίαν τράπεζαν τῆς αὐτῆς ἁγίας Σοφίας, τὴν πολύτιμον καὶ ὡραιοτάτην εὔγαλαν ἀπὸ τὸν ναόν, καὶ τὴν ἔβαλαν εἰς τὸ καράβη. καὶ καθὼς ἔκαμναν ἄρμενα καὶ ἐπήγεναν εἰς τὴν Βενετίαν, ὢ τοῦ θαύματος, πλησίον τῆς νήσου τοῦ μαρμαρᾶ ἄνοιξε τὸ καράβη, καὶ ἐπῆγεν εἰς τὴν θάλασσαν ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ ἐβούλησεν, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἕως τὴν σήμερον. καὶ τοῦτο εἶναι φανερόν, καὶ τὸ μαρτυροῦν οἱ πάντες, διό τις ὅλο τὸ μέρος ἐκεῖνο, ὅταν κάμνῃ φουρτοῦνα, ἡ θάλασσα ὅλη κάμνῃ νύκτα φοβεράν, εἰς δὲ τὸν τόπον, ὁποῦ εἶναι ἡ ἁγία αὐτὴ τράπεζα, εἶναι γαλήνην, καὶ δὲν ταράσσεται ἡ θάλασσα, καὶ ὑπηγένουν τινὲς ἐκεῖ μὲ περάματα, καὶ λαμβάνουν ἀπὸ τὴν θάλασσαν ἐκείνην, ὁποῦ εἶναι ἡ ἁγία τράπεζα, καὶ μυρίζει θαυμασιώτατα, μυρωδία ἀπὸ τὸ ἅγιον μύρον ὁποῦ ἔχει, καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων.* sed de hoc fides sit penes auctorem. All.

p. 9 v. 18. *τἆλλα πάντα ὁπόσα μαχαίρας ἔργον*] unde ergo habuit sua Blondus? *sed dante ingenium necessitate, cives convocatos in solemnem pompam sacerdotes secuti sunt inermes, et crucibus iconisque ad fidem comparandam praemissis, tenentes murum armatos, veniam supplices oraverunt, qua facillime impetrata, portis undique patentibus, Latini nominis multitudo undique est ingressa. quiete urbi data proceres in consilio decreverunt* etc. All.

ib. not. v. ult. *οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες*] Hebraeos pueros intelligit iussu regis Nabuchodonosor in ardentem fornacem immissos,

quos olim Babylonicum per ignem
cantantes stupuit tremens tyrannus,

ut cum Prudentio loquar Peristephan. Hymn. 10. *illi* (Ambrosio referente lib. 10 cap. 82) *ardentem ignem innoxio videre tactu circa membra sua pasci.* et de iisdem D. Hieronymus in epistola ad Innocent. de muliere septies icta: *huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos edidere pro fletibus; circa quorum saraballa* (i. braccas et crurales) *sanctamque caesariem innoxium lusit incendium.* Nazianzenus Homil. in Cyprian. lib. 4 epist. 6 et de duplici martyrio, Sedul. lib. 1. omnium gravissime Christianus noster Horatius Apotheosi, v. 197:

fare age quem videat Babylonis ab arce tyrannus,
innocuas in flammas procul inspatiantem,
calcantem rapidos inadustis fratribus ignes etc.

extat historia haec trium puerorum in fornace Babylonica apud

Danielem cap. 3. caeterum illa in vulgata editione *et ambulabant in medio flammas laudantes deum et benedicentes domino*, cum Azariae oratione quae sequitur, fidei et humilitatis plena, usque ad finem cantici puerorum, in Hebraeis voluminibus non haberi testis est D. Hieronymus, qui ea de Graeca Theodotionis editione transtulit. notat idem ad Azariae illam orationem, *benedictus es domine deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in saecula, quia iustus es in omnibus quae induxisti super nos et super civitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem; quia in veritate et in iudicio induxisti omnia haec propter peccata nostra*, notat, inquam, in commentario, *quando diversis premimur angustiis, ex toto cordis hoc loquamur affectu; et quidquid nobis acciderit, iuste nos sustinere fateamur, ut compleatur in nobis illud quod scriptum est:* exultaverunt et laetatae sunt filiae Iudae in omnibus iudiciis tuis, domine. *Psalm.* 96. hoc pie agit hic, si quid video, Georgius noster Logotheta. Dousa.

p. 10 v. 5. *ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς*] Debeltum fugisse tradit Choniata. All.

ib. v. 8. *Ἀλέξιος δὲ ὁ Δούκας*] *Πολυομίλητος ἐκ πρώτης τριχός, καὶ ῥυηφενὴς εἰς κοίτας δεικνύμενος, καὶ δύο κουριδίους ἀλόχους παρὰ δίκην ἀποπεμψάμενος*, Choniata. All.

ib. v. 9. cum Nicolaum Canebum adolescentem seditiose Byzantii inaugurassent et Isaacius animam ageret, Alexius Bonifacium marchionem accersit, quibus visum est Latinas cohortes in palatium admittendas, quibus Canebus submoveretur. id cum nuntiassent Ducae Murtzuphlo, cum multis suis cognatis, et spadone fisco praefecto sibi conciliato, defectionem, quam iam animo fovebat, exclusit: namque intempesta nocte Alexium puerum adit, aitque cognatos eius, bipenniferos barbaros, pluresque alios in foribus esse ad eum ob initam cum Latinis familiaritatem et amicitiam obtruncandum. sic puerum territum complexus per portam plerisque ignotam in tentorium, quod in palatio habebat, quasi liberaturus perducit, et compedibus iniectis in teterrimum carcerem coniicit, et sibi insignia imperii sumit, nec non ab aliis imperator de more consalutatur; nec multo post a satellitibus suis Canabum captum custodiae tradit. Alexio deinceps puero bis venenum propinavit, quod cum ille tum aetatis robore tum antidotis, quibus utebatur, vicisset, eum laqueo tandem praefocat, mense imperii sexto, die octavo. Blondus de gestis Venetorum: *et puerum Alexium, quem datum bis venenum non occiderat, eliso gutture manu propria necavit.* Sabellius Ennead. 9 libro quinto: Murtzuphlus *est itaque, quod maxime optabat, consecutus, ut pars una multitudinis eum praefectum urbis, altera belli ducem, tertia imperatorem declararit. ipse ab ea declaratione confestim satellitum propinquorumque caterva stipatus sese*

ex publico proripuit in Alexii domum, ac puerum, quem antea veneno petitum necare non potuit, eliso gutture propria necavit manu, homo tam perfidus quam ingratus; peperitque summum Isaacii beneficium, summam ingratitudinem. hic, ut videtur, Sabellius Alexios confundit. namque Alexius Murtzuphlus Alexium Isaacii filium neci tradidit. beneficia tamen Isaacii collata Alexio non Murtzuphlo fuere, sed Alexio fratri, quod et ipse Sabellius supra videret, de Alexio puero Isaacii filio sermonem habens: *qui Isaachium patrem, cuius beneficio magno auri pondere fuisset olim a Turcis redemptus, atque ita humane tractatus ut quamvis multo minor natu esset, vixerit tamen semper cum eo imperante ex aequo, subita vi oppressum privasset luminibus, privatum artissime vinxisset, vinctum in foedum ac tetrum carcerem coniecisset.* addit Balduinus epist. ad Innocentium: *nocte igitur insequenti dominum suum latenter laqueo suffocat in carcere, cum quo ipso die prandium sumpserat Iudas, et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit, casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, ac imperiali sepultura concessa propalatum omnibus scelus funeris honore dissimulat.* scias quoque, lector, praeter historici fidem a nonnullis notari Guntherum appellare Murciphlum tyrannum, cuius consilio Alexii pater antea obcaecatus et in carcerem coniectus fuerat, cum eo temporis Murtzuphli nulla esset apud imperatorem auctoritas, et praecipui illius facinoris auctores censeantur Theodorus Brana, Georgius Palaeologus, Ioannes Petraliphas, Constantinus Raulus et Michael Cantacuzenus. ALL.

p. 10 v. 13. τρεῖς γὰρ] Choniata p. 673 17. Ge. Phranza lib. 1 cap. 1 praeter historiae fidem duas Alexium Comnenum imperatorem filias generasse scribit, *quarum natu grandiorem Irenem vocabulo purpurea induere sandalia iussit, quod illam, et cui desponderetur, successores et haeredes post obitum suum fore constituisset* etc. exscripsit ex Gregora lib. 4. Volaterannus lib. 23 non minora turbat ab aliis scriptoribus dissentiens: *Alexius Murtzuphlus cognomento, ut est auctor Acropolita, filiam Annam Theodoro Lascari locavit; fugatusque deinde, uti diximus, a Gallis una cum coniuge Euphrosyna et genero fuit.* Acropolites, quem ipse laudat, non ait Alexii Murtzuphli filiam Annam Theodoro Lascari locatam, sed Alexii imperatoris Isaacii fratris filiam: nam agens de filiabus huius Alexii, ἡ δὲ δευτέρα, scribit, ἐκαλεῖτο Ἄννα, εἰς ἣν Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν ἐπεγάμβρευσεν. nullusque est inter scriptores Graecos qui in hoc ab Acropolita dissentiat. quis porro aequo animo ferret, dummodo in rebus Graecis omnino ieiunus non sit, Euphrosynam uxorem eiusdem Alexii Angeli, Isaacii fratris, uxorem dici Murtzuphli, cuius Eudocia Alexii Angeli memoratur? ALL.

p. 10 v. 14. *despotae* nomine, quod in hoc libello saepius occurrit, in aula Cpolitana vocabantur filii fratres generi imperatoris, sebastocrator, Caesar et patriarchae. sed κατὰ ἐξοχὴν ita dictus fuit imperii successor, filiorum natu maximus. nonnunquam et aliis principibus amicitiae aut affinitatis ergo deferebant. quae omnia accuratissime Meursius observavit in Glossario. Dousa.

ib. v. 18. κράλης *rex.* idem quod Polonorum lingua *Crol.* τὸν κράλην Σερβίας Nicephorus Gregoras non semel nominat. et ὁ κράλης Οὐγγρίας in sancito quodam patriarchae anonymi apud Leunclavium in iure Graeco-Romano. κράλαινα *regina* Gregorae lib. 7 et κραλίτζα in Chronico Cpolitano ms apud Meursium. Nicetas in Alexio Comneno lib. 3 tertiam eius filiam nomine Eudociam, ipso adhuc Andronicum fugiente et Palaestina apud Ismaelitas oberrante, ab Isaacio patruo (non patre, uti Logotheta) Stephano filio Neemani Triballorum principi desponsam scribit. *Triballi* igitur et *Servii* iidem. *Serbi* Plinio sunt gentes circa Maeotim. iidem cum *Sorabis* Ortelio videntur. *Serbi* Cedreno sunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque *Scythas* vocari. *Serviam* Dardanos habitasse scribit Volaterranus et Cuspinianus. *Dardania* Ptolomaeo Orosio et aliis Europae regio, quae *Mysia mediterranea* vocatur in codice. Illyriae pars est Aeliano in Variis et Nicolao apud Stobaeum. Σερβία habet Sophianus. *Triballi* Moesiae inferioris populi sunt Plinio Ptolemaeo et Straboni, qui eos dicit ad insulam Danubii Peucen pertingere. hos et *Scythas* quidam vocant. *Servii* dicuntur a Niceta; sed *Bulgares* a Laonico Chalcondyla Sophiano Lazio et aliis. de *Serviis* adi Pandectas Turcicas Leunclavii cap. 37. Dousa.

ib. v. 18. ἐπί τινι δὲ πάθει] rem prosequitur accuratius Niceta lib. 3 de Alexio Comneno, tertiam filiam Eudociam, cum adhuc Andronicum fugeret et apud Ismailitas et in Palaestina aberraret Alexius, Isaacium fratrem Stephano Neomanis filio, Triballorum principi despondisse, qui post exiguum tempus in Papyrio monte monachus fit; filium illius eodem nomine Stephanum, paterni principatus domina Eudocia declarata, eam sibi iunxisse ex eaque filios suscepisse; postmodum divulso queremoniis amore, cum alter alteri incestuosos amores obiiceret cresceretque in dies dissidium, Stephanum, sive conficto sive vere obiecto adulterii crimine, Eudociam sola tenui interula, eaque undique praecisa, ut vix pudendas partes tegeret, ignominiose, quo libitum esset abire concessisse; fratrem Stephani Volscum eius inhumanitate obiurgata orasse ut deposita iracundia, et generis Eudociae habita ratione, clementius ageret et famae suae consuleret, sed cum ingenium illius implacabile movere non posset, ipsam Eudociam, ut dignitas eius postulabat, Dyrrhachium perducendam curasse, patrem Alexium certiorem redditum, filiam lectica aliisque ornamentis muliebribus missis, in aedem suam

recepisse. haec Byzantium reversa post captam urbem Alexio Murtzuphlo, qui duas uxores praeter fas omne repudiarat, ut eam sibi adiungeret, nupserat; sed Murtzuphlo demum luminibus orbato, Larissae in Thessalia Leoni Sguro in matrimonium a patre Alexio datur. nota Triballorum principem dici a Choniata, quem noster Acropolita cralem Serviae nuncupat. ALL.

p. 10 v. 22. *ἀπέδρα καὶ οὗτος ἐκεῖθεν*] Choniata praeter Eudociam filiam imperatoris secum conductam, Euphrosynam quoque Alexii Angeli uxorem lembo impositam secum duxisse narrat in Murtzuphlo, cum duos menses et dies sexdecim imperasset. Sabellius Ennead. 9 lib. 5: *Alexius ubi urbem una ex parte captam videt, cum uxore ac pellicibus magnaque vi auri intempesta nocte Byzantium reliquit.* ALL.

p. 11 v. 5. *ἐντὸς οὖν τοῦ λουτῆρος*] Choniata causam se nescire ingenue fatetur. ALL.

ib. v. 16. *Ἀλέξιον εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἀπήγαγον*] namque non multo post excaecationem a Latinis Ducas comprehensus Byzantium reducitur, et in iudicium adductus pro sui defensione afferebat se patriae proditorem occidisse et poenis commeritis afflixisse; neque se unum id fecisse, sed reliquos illius cognatos. verumtamen Latini, repudiatis omnibus, capitis hominem condemnant novo et inusitato supplicii genere: nam in altissimam columnam, quae in Tauro est, perductum praecipitant. is aliquamdiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus miserabiliter interiit. sic Choniata a nostro non dissidens. paulo aliter narrat Dorotheus Monembasiensis: *οἱ δὲ Φράγγοι ἔταξαν μεγάλα χαρίσματα, ὅποιος τὸν παραδώσει τὸν βασιλέα, καὶ μετὰ χαρίσματα τὰ πολλὰ τὸν προύδωκαν τῶν Φραγγῶν· καὶ αὐτοί, ὡς ηὗραν τὸν βασιλέα, ἐχώρηκαν πολλά, καὶ ἐδιελογίζουνταν τί θάνατον νὰ τὸν δώσουν, καὶ ἔτζη ἦσανε τοῦ Λέοντος τοῦ σοφοῦ οἱ χρησμοί, εἰς τὴν κολώναν τὴν γλυπτήν, ὁποῦ εἶχε πολλὰς προφητείας περὶ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ κατὰ τὸν χρησμὸν ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κολώναν, καὶ καθὼς ἔκαμεν αὐτὸς Ἀλεξίου τοῦ βασιλέως, ἔτζη καὶ χειρότερα ἔπαθεν.* et qui ab eo exscripsit Matthaeus Cigala in synopsi historiae. hunc imperasse Nicetas ait menses duos et dies sexdecim, ut verosimile est, Monembasiensis et Cigala annos duos et dies viginti: *καὶ ἐβασίλευσε χρόνους δύο ἡμέρας εἴκοσι.* nescio tamen undenam hauserint hi nebulones. ALL.

ib. v. 19. de Tauri columna, qua regione urbis fuerit, vide P. Gyllium de topographia Cpoleos lib. 3 cap. 6. DOUSA.

ib. v. 21. *εἰς Θεσσαλονίκην ἀφίκετο*] ex qua postea marchione ad Halmyrum fortunae suae respondentem locum habitatum missus est. Choniata: *ὁ δὲ δὴ φυγὰς βασιλεὺς εἰς ὄψιν τῷ Μαρκεσίῳ ἐλθών, ἄρτου μετρητοῦ καὶ κοτύλης κεράσματος, τὰ τῆς βασιλείας ἀνταλλάττεται σύμβολα, καὶ εἰς χῶρον τῇ τύχῃ φερώνυ-*

μον, Ἅλμυρος ὁ χῶρος κικλήσκεται, τὰς διατριβὰς τελέσων ἐκπέμπεται διὰ Εὐφροσύνῃ τῇ ὁμευνέτιδι. quod antea de Isaacio illius fratre dixerat iussu Alexii: βίον ἀγρότην ἀντλοῦντα, οἴνῳ τε καὶ σίτῳ μετρητῷ, ὡς τὸν τυχόντα ἰδιώτην διαζῶντα. addit Gregoras lib. 1 eumdem, dum in Thracia vagaretur, a Montisferrati marchione captum, et opibus quas secum ferebat spoliatum, nudumque dimissum, longo tempore circa Achaiam et Peloponnesum oberrasse: tandem Balduino a Bulgaris capto ab eodem marchione una cum coniuge ad Alemaniae principem mittitur: καὶ τὸν δυσπραγῆ ἐν βασιλεῦσιν Ἀλέξιον, καὶ τὴν τούτου σύνευνον Εὐφροσύνην διαποντίους τῷ τῶν Ἀλαμανῶν ἐξέπεμψεν ἄρχοντι. φεῦ, φεῦ τοῦ καινοῦ τοῦδε καὶ ἀνηκούστου παρὰ Ῥωμαίοις ἀκούσματος, εἰπεῖν δὲ καὶ ἀθεάτου εἰς δεῦρο θεάματος. vide quae sequuntur de Alexio cap. 8. Villarduinus ait una cum coniuge a marchione missum fuisse captivum ad Monferratum; in qua re narranda non omnes conveniunt. All.

p. 12 v. 1. ἄδειαν δεδώκασι] non statim initio captivitatis urbis, sed post captum Balduinum, si Nicetae credimus p. 834 13. All.

ib. v. 6. ὁ λόγος] cap. 5. All.

ib. v. 16. τὰ πέριξ Προύσης] paruere nempe tum temporis Theodoro Prusaei, Nicaeenses, Lydi, Philomolpi, Smyrnaei, Ephesii et interiecta oppida; qui etiam longis navibus fabricatis plerasque insulas postea subegit. Gregoras pag. 13 14. All.

ib. v. 19. τὸν Περσάρχην] Iconii nempe Chaichosroem, cum quo pacem fecit, et socero illius Manueli Maurozomae partem imperii concessit, Chonas scilicet Nicetae historici patriam, et quae in Phrygia est Laodiceam, et alia loca quae fluvius Maeander amfractu suo amplectitur, donec in mare immergatur. All.

p. 13 v. 5. πατριάρχης] patriarchae summa erat in ecclesia Orientali dignitas, ut in Occidentali pontificis Romani. vide Gl. Meursianum, nunquam sine laude nominandum, in πατριάρχης. Iohannes vero hic Camaterus patriarcha Cp. ex diacono et chartulario factus est Alexio imperio, praefuitque ad captam usque a Latinis urbem, annis 5 mensibus 8 diebus 7. post urbem captam Didymotichum (opidulum Thraciae, in promontorio, ad Hebrum fluvium, qui illud ambit, situm, *Dimotuc* vulgo) secessit; ubi cum supervixisset annos 2 menses 2 dies 14, diem suum obiit. videatur Catalogus sive Notitia patriarcharum Cpolitanorum apud Leunclavium Iuris Graeco-Romani lib. 4, et Nicetas in Balduino Flandro. Dousa.

ib. v. 5. Καματηρὸς Ἰωάννης] hunc ante excisam Cpolim sua sponte urbe egressum Didymotoechum petiisse praeter Acropolitam alii quoque narrant. quid ergo nugatur Ephraemius Byzantinus, qui eum a Latinis tradit eiectum?

— τούτου Ξιφιλίνου,
θανόντος, ἐγκαθίσταται θρόνῳ
ὁ Καματηρὸς εὐεπὴς Ἰωάννης,
ἴδρις σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων,
ἐπήβολός τε δογμάτων τῶν ἐνθέων,
ἐκκλησίας ὢν λευΐτης χαρτοφύλαξ.
ἐφ' οὗ παρεστήσαντο Λατῖνοι πόλιν,
ὃς ἐξελαθεὶς δυστυχῶς πρὸς Λατίνων
θρόνου πατρίδος τῆς ἐμῆς Βυζαντίδος
οἰκεῖ Διδυμότοιχον εἰς ἄστυ φθάσας,
ἔνθα θανὼν ἔλιπεν ἡλίου φάος.

de illius morte Niceta p. 837 2. ALL.

p. 13 v. 10. Μιχαὴλ ὁ Αὐτωριανός.] Onufrius Panvinius Historiarum pater in Chronico Ecclesiastico, ad annum 1206: *Michael IV Autorianus a Graecis in schismate post obitum Iohannis Camateri, contra Thomam Maurocenum Venetum* (a Latinis electum) 99 *Cpolitanus patriarcha creatus, sedit in Asia annos quinque menses sex.* scribendum tamen in Logotheta Meursio nostro videtur ψ. δ. π. Μ. ὁ Σαυριανός. ecce, inquit, in Notitia patriarcharum: ἐπεὶ ὁ πατριάρχης οὗτος (loquitur de Iohanne Camatero, et ei Michaelem Saurianum statim subiicit) ἐν Διδυμοτείχῳ ἐτελεύτησεν, ἐχήρευεν ὁ θρόνος χρόνον ἕνα μῆνας δέκα, εἶτα ἐγένετο πατριάρχης ὁ μέγας σακελλάριος, κῦρος Μιχαὴλ ὁ Σαυριανός, ἐν τῇ ἀνατολῇ προβληθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη, καὶ ἐκάθισεν εἰς Νίκαιαν. qui locus cum hoc Logothetae debet conferri. DOUSA.

ib. v. 10. de hoc Michaele, quemadmodum et de aliis Nicaenis patriarchis ad recuperatam a Graecis Cpolim, egimus in opere nostro de perpetua consensione utriusque ecclesiae tum Occidentalis tum Orientalis, lib. 2. ALL.

ib. v. 12. ὃς καὶ τὸν δεσπότην] unde itaque habuit sua Monembasiensis? ὁμοφώνησαν ὅλοι μίαν βουλήν, καὶ ἐψήφισαν βασιλέα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν τὸν γέροντα, καὶ ἔτζη εὐτρέπισαν τὸν βασιλικὸν θρόνον, ὁποῦ τὸν ἐπῆραν ἀπὸ τὴν πόλιν, καὶ ὅλα τὰ βασιλικὰ φορέματα καὶ τὴν κορώναν, καὶ παλλάτιον βασιλικὸν ἔκαμαν, καὶ εὐτρέπισαν αὐτό. καὶ ἔτζη ἐπῆραν αὐτὸν τὸν ὑποψήφιον βασιλέα, καὶ ἐπῆγαν ἐν τῇ μητροπόλει Φιλαδελφίας, ὅτι ἔκαμαν τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκεῖ ἐκαθέζετον. καὶ ἐφόρισ δὲ τὴν βασιλικὴν κορῶναν καὶ τὰ βασιλικὰ φορέματα, καὶ ἐστέφθη ὑπ' αὐτὸν τὸν μητροπολίτην τῆς Φιλαδελφίας βασιλέας. ALL.

ib. v. 13. ὁ Λάσκαρις] Niceta p. 828 1. ALL.

ib. v. 15. οὔτε γὰρ Ἰταλοὶ] progressus Latinorum in Oriente adversus Graecos et in illis partibus propagatum imperium tum ab Erico Balduini fratre tum a Petro Plancio fuse prosequitur Nicetas in Balduino, ex quo tibi pete, si lubet. ALL.

ib. v. 17. ψικίου καὶ Αἰγαίου.] sic diserte codex ms.

lege *'Οψικίον*, quemadmodum noster postea. vel certe *ψίκιον* truncate dixerunt pro *'Οψίκιον*, ut *μοῦλτον* pro *tumultu*, et multa talia, quae passim in Glossario observavit doctissimus Meursius. *θέματος τοῦ 'Οψικίου* meminit etiam Zonaras Annal. tom. 3 in Constantino Copronymo: *provinciae Obsicii* vertit Hieronymus Wolfius. at *θέμα* (quod erudite, ut omnia, docet Meursius) primitus pro legione accipiebatur, quae provinciae alicui imposita. hinc Glossarium vetus H. Stephani: *legio τάξις, θέμα*. postea ipsae provinciae translato nomine ita appellari coeperunt; quod multis exemplis probat clarissimus Glossographus. quod autem *θέμα 'Οψικίον*, et quo mundi climate fuerit, disces ex Constantino Porphyrogenneta Them. Orient. 4; quem aureolum libellum debemus V. C. Bonaventurae Vulcanio, ut eiusdem auctoris Occidentalia themata Frederico Morellio, regio apud Gallos interpreti. Dousa.

p. 13 v. 18. haec *Βοάρις* cum nuspiam terrarum mihi occurreret, corruptum esse vocabulum iudicavi et emendandum *Βάριστε*; ad quam emendationem mihi Nicetas facem praeluxit in Manuele Comneno lib. 2: *πόλις κατὰ τὴν τῶν Αἰγαιοπελαγιτῶν χώραν τειχίζεται, Βάρη καὶ Αὐλωνία παρωνύμως ἐς ἔτι ὠνομασμένη*. *Baris* ergo ad Aegaeum Pelagus urbs, quae et *Aulonia*, circa Hellespontum alicubi. Dousa.

p. 14 v. 5. *Θεόδωρος*] Theodorus cognomento Mangaphas, patria Philadelphiensis, aetate Isaacii Angeli Comneni regnum affectans, primum eius urbis plebem audacissimam sibi conciliat et iureiurando adstringit, Lydisque omnibus ad defectionem impulsis regium nomen usurpavit et argenteam monetam cum imagine sua percussit. derisa initio defectio fuit. cum postmodum augesceret, nihil cunctandum ratus Isaacius hominem Philadelphiae obsidet. cum diuturna obsidione urbem ad deditionem compellere non posset, paciscitur iis condicionibus ut Theodorus depositis regni insignibus, privatim agat civesque ei pareant ut prius, et obsidibus acceptis Byzantium revertitur. non multo post Basilius Batatzes plurimos Mangaphae coniuratos largitionibus corrupit, effecitque ut urbe pelleretur; qui ad Chaicosroem Iconii Sultanum profugus auxilia contra Romanos non impetravit, obtinuit tamen ut Turci liberi, qui arcu et pharetra freti Romanos praedabantur, asciscerentur. sic non parvis copiis contractis Phryges Laodicenses nec non Colossenses innumeris cladibus affecit, mancipiis civium suorum et iumentis abductis, areis aestivo tempore incensis, et obviis quibusque hostilem in modum tractatis. Michaelis quoque archistrategi templum, opus maximum et celeberrimum, incendi passus est. postmodum ad Sultanum rediit: sed imperator largitionibus impetravit ut ille desertus a Sultano ac proditus ad se mitteretur, ea tamen condicione ut defectionem nec capite nec mutilatione laesioneque ullius

membri lueret. qua dè causa ad diuturnum carcerem est damnatus. cum displicuisset Sultani fratribus, qui regnum cum eo diviserant, quod hominem profugum et supplicem pecuniae causa Romanorum imperatori prodidisset, iracundiam eorum placuit. namque aiebat pacificationis ergo illum remisisse, non prodidisse; et hominem vagum in patriam restituisse, ut nec ipse alios nec ipsum alii prosequerentur. hic Errico circa Adramytium agenti arma infert, et inexpectato superventu et multitudine primum quidem terrorem incutit, sed Errico, cum Martis alea tentanda videretur, ante alios et per mediam hostium aciem cum suis perrumpente dissipatur: nam Graeci equites ad primam Latinorum impressionem et hastarum directionem concitatis equis fugientes, pedestres ordines hostibus trucidandos reliquerunt et spoliandos. ex Niceta. ALL.

p. 14 v. 8. *Παφλαγονίας δὲ πάσης*] David siquidem et Alexius fratres, Manuele Andronici tyranni Romanorum filio nati, alter Ponti Heracleam et Paphlagoniam occupaverat, alter Alexius Oenaeum et Sinopem urbes et Trapezuntem. sed quomodo expeditionem Lascaris in Davidem Latinorum auxiliis fultum susceperit eumque debellaverit, disces a Niceta in Balduino. ALL.

p. 15 v. 2. *τοῦ μὲν ἐκ Φλάντρας*] capta Cpoli, cum designationem imperatoris suffragiis esse committendam decretum esset, ex Francis et Longobardis quinque, alii sex dicunt, ex Venetis totidem lectis iudicibus, plurium suffragiis sors imperii Balduino Flandriae comiti obtigit, quod plerique putant Danduli fraude et solertia factum esse, qui cum ob caecitatem excluderetur, imperium penes eum esse voluit qui hilarioribus esset moribus et ingenio minus ambitioso: sed quod potissimum fuit, ut privatus imperatoris designati principatus quam remotissimus esset e Venetorum dicione, ne si qua controversia cum illo incidisset, plures copias subito ex suo territorio arcessere aut Venetos fines commode invadere aut incursionibus vexare posset, quae omnia in expedito esse Bonifacio Marchioni ex Longobardia notat. his Dandulus Bonifacium Marchionem repulit, Balduinum praetulit, cuius ditionis limites tantum a Venetis distare noverat, quantum Venetiae a Graecorum provinciis disterminarentur. pactiones inter eos initas Innocentius non omnes laudavit, quasdam etiam reprobavit. vide quoque Gregoram lib. 1. hinc, lector, agnosces quam insulse recentiores et infimi nominis scriptores, Dorotheus Monembasiensis et Matthaeus Cigala, Venetis, inter quos synopses suas historiarum pessime concinnarunt et ediderunt, supparasitentur, qui scribunt Venetos imperium Cpolitanum tenuisse, *λαβόντες τὴν βασιλείαν οἱ Βενέτικοι τῆς Κωνσταντινουπόλεως*, et quod insulsius est, per annos quinquaginta sex vel, ut tradunt, sexaginta et menses octo, additis etiam diebus tredecim,

gubernavisse: ὥρισαν δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν οἱ Βενέτικοι χρόνους νς', ἄλλοι λέγουν ξ', μῆνας η' καὶ ἡμέρας ιγ', καὶ ὡς ἂν εἶχαν τὴν Κωνσταντινούπολιν οἱ Βενέτικοι. All.

p. 15 v. 5. τὰ ἐξ ὅλου πρὸς τὸ ὅλον] auctor vitae Innocentii: *totum quidem havere, quod in civitate inventum fuerit, a quolibet duci debet et poni in commune eo loco quo fuerit ordinatum; de quo tamen havere nobis et hominibus Venetis tres partes debent solvi, pro illo havere quod Alexius quondam imperator vobis et nobis solvere tenebatur. quartam vero partem nobis retinere debemus, donec fuerimus in ipsa solutione coaequales. si autem aliquid residuum fuerit, debemus per medietatem inter vos et nos dividere, donec fueritis apacati. si vero minus fuerit, ita quod non possit sufficere ad memoratum debitum persolvendum, undecunque fuerit prius havere acquisitum, ex eo debemus dictum ordinem observare, salvis tamen victualibus, quae debent observari et dividi tam vestris quam nostris aequaliter, ita quod utraque pars possit inde congrue sustentari. quod autem residuum fuerit, partiri debet in alio havere iuxta ordinem praenominatum. vos etiam et homines Veneti libere et absolute absque omni controversia per totum imperium habere debetis omnes honorificentias et possessiones, quas quondam consuevistis habere tam in spiritualibus quam in temporalibus, et omnes rationes sive consuetudines, quae sunt in scripto et sine scripto.* ex pactis et conventionibus de praeda dividenda. All.

ib. v. 8. Θεσσαλονίκης] de Thessalonica Ioannes Tzetzes Chil. 10 v. 175, Historia 316. Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii: Θεσσαλονίκη πόλις δὲ αὕτη περιφανὴς καὶ λαμπρά, καὶ Μακεδόνων μὲν κορυφή, Θετταλίας δὲ πάσης ὑπεριδρυμένη καὶ ὑπερέχουσα, οἷς τε παντοδαπαῖς ὀλβίζεται χάρισι καὶ οἷς εἴδεσι καλῶν ἁπάντων ἐναγλαΐζεται. eandem in oculis curioso aspectu ponit Ioannes Caminiata, non infimi temporis scriptor, de excidio Thessalonicensi c. 4—6. All.

ib. v. 9. τὴν δηλωθεῖσαν Μαρίαν] Choniata in Balduino p. 792 2. All.

ib. v. 13. ἦν καὶ ἐς Κόρινθον] Alexius enim a septentrionalibus littoribus, ad quos fuerat a marchione transmissus, avulsus in Thessalica Tempe pervenerat, ac filiam Eudociam Sguro in matrimonium collocarat. Nicetas in Balduino.

ib. v. 14. Sgurus Nauplio ortus vi magis quam voluntate popularium principatum tenuit a patre susceptum, non sine sanguine imperans. turbulentis temporibus Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit, et Athenas cum navibus et exercitu per Isthmum traducto adoritur. illius conatus leni oratione Athenarum praesul Michael Choniata reprimere tentat, sed frustra. tandem suorum saluti fortiter consulens militari prudentia grassatorem arcet. Sgurus iram suam in eam urbem extimulat cuius arcem expu-

gnare non potuit; quare villas incendit, greges armentaque rapit. et post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat et capit; et Thermopylis superatis, per Oetam montem descendens, Larissae cum Alexio imperatore coniungitur. cum postea marchio in Graeciam transitum tentaret, ipse Thermopylarum angustias et imminentem eis montem, aliaque loca quae Graeciae aditum intercludunt, custodiebat. sed Graecorum ignavia in illis a marchione superatus locum cedere cogitur; et aliis etiam cladibus fractus cum Argos et finitima oppida occupata esse cerneret a marchione, in Acrocorintho veluti in antro et in spelunca se abdit, in arduo monte sito ac fere inexpugnabili, vir inhumanus ac efferus, cladibus urbium, hominum caedibus et populorum direptionibus summopere gaudens, qui nec patriae suae Nauplio pepercit, et Nicolaum Corinthiorum archiepiscopum, cum quo reconciliatus fuerat, inter epulas effossis oculis primum, postea de rupe praecipitavit.

p. 15 v. 20. ἦν γὰρ οὗτος τότε μέρους τινὸς τῆς παλαιᾶς] Blondus de gestis Venetorum ridicule satis *pariter Goffredus de Villa Gallicus, qui in Achaiae principatu Dominico de la Dosa successerat.* et *Michael Comenos Graecus nobilis cum Peloponeso, nunc Morea dicta, per fraudem Venetae reipublicae obedientiamque spoponderunt.* All.

p. 16 v. 6. σουλτάνον] quid id nomen est? Cinnamus p. 14 10. All.

ib. Ἰαθατίνην] Gregoras lib. 1 p. 17 8. All.

p. 17 v. 3. πρεσβεία πρὸς τοῦ σουλτὰν] Gregoras ex Acropolita sua habuit p. 17 15. All.

ib. v. 6. ἐταράχθη] Gregoras p. 17 21. All.

ib. v. 14. θαρσαλέως γοῦν] Gregoras p. 18 10. All.

ib. v. 19. Μαιάνδρου] Anna Comnena Alexiados lib. 14: ποταμὸς δὲ ὁ Μαίανδρος περὶ Φρυγίαν, σκολιώτατος ποταμῶν ἁπάντων, καὶ καμπὰς συνεχεῖς ποιούμενος.

p. 18 v. 9. ἦν δὲ ἅπαν] Gregoras p. 18 15. All.

ib. v. 12. ἐγγύς που γοῦν γενόμενος] namque die tertio superat montis Olympi angustias, quae in maximam porrectae longitudinem Bithyniam et Phrygiam utramque disterminant, illa versus septentrionem declinante, his versus Meridiem et austrum sitis; quo die undecimo cum pervenisset, Caystrum traiicit, tam longum iter tam brevi dierum intervallo emensus. All.

ib. v. 15. Δύσπιστον ἐκείνῳ] Gregoras p. 18 24. All.

ib. v. 16. ὁ σουλτὰν] Gregoras p. 19 12. All.

ib. v. 18. ἐμπίπτουσι γοῦν] Gregoras p. 19 24. rarum fortitudinis, rarum virtutis bellicae exemplum! o animos aeternitate dignos, quam sibi ipsi sua morte peperere! o corpora cedro digna! o plagas illas stellis ipsis illustriores! ὦ τῆς φύσεως περισσότεροι! mori potuerunt, vinci aut pedem referre non potuerunt. All.

p. 19 v. 2. Gregoras p. 20 13. All.

ib. v. 15. καὶ οἱ αἰφνηδὸν] Gregoras tamen p. 21 2 ait caput sultani amputasse Theodorum, idque hasta in altum elatum barbaris exercitibus ostendisse. All.

ib. v. 19. τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις] Gregoras p. 21 4. All.

ib. v. 22. προσελάβετο δὲ] Gregoras p. 21 15. All.

p. 20 v. 2. Εὐφροσύνη] erat virili animo mulier, ab ipsa natura dicendi suavitate et lepore ornata, ad praesentia optime administranda et ad futura providenda solertissima, aliis rebus teterrima pestis: praeter enim exquisitum ornatum et luxum regium, et in mutando recepto statu et rebus novandis, quibus maritum superabat, ingenio impudicitiae probro atque infamia maritum dehonestabat. haec itaque limites transiliens et superiorum Augustarum instituta contemnens imperium in duos principatus divisit: neque enim imperator quidquid erat libitum mandabat, sed illa etiam pari auctoritate quae visa erant peragebat, imo aliquando pro sua libidine illius iussis intercedebat. in legationibus audiendis duo pretiosa solia coniungebantur, et illa marito cum magno splendore ac pileo gemmis et perspicuis margaritis ornato assidebat, et torques pretiosissimos de collo suspendebat. aliquando etiam in aliis palatiis seiuncti per vices adorabantur, subditis ab imperatore ad illam salutandam transeuntibus et genua submissius flectentibus. nonulli etiam imperatoris consanguinei, qui summos magistratus gerebant, imperatricis splendidas et altas lecticas tanquam mancipia subibant. ex Choniata in Alexio Comneno lib. 1. All.

ib. v. 5. τοῦ τῆς Παφλαγονίας] vide supra c. 7. All.

ib. v. 11. Ἰσαακίου τοῦ Κωνσταντίνου] hic, defuncta uxore, Belae Ungariae regis filiam nondum annos decem natam per legatos ambit. sumptus nuptiarum, ne fisci pecunia in simili celebritate minueretur, ab urbibus et provinciis affatim exigit: sed Anchialo finitimas praesertim afflixit et Haemi montis accolas, οἳ Μυσοὶ πρότερον ὠνομάζοντο, νυνὶ δὲ Βλάχοι κικλήσκονται, ait Choniata. hi prius etiam Romanis infensi, per causam abacti pecoris et alias vexationes aperte deficiunt. auctores defectionis fuere Petrus et Alanus fratres. ne tamen sine causa res novas moliri viderentur, apud Cupressos imperatorem adeunt, rogantque ut legionibus Romanis aversarentur, et praedium exigui reditus in Haemo monte sibi assignaretur. re non impetrata, ut contempti, defectionem domum reversi minantur, et potissimum Asanus homo audacior, qui eo ipso tempore ob impudentiam Ioannis sebastocratoris iussu colaphis impingitur. contumelius etiam irretiti homines isti nefarii gravissimum in Romanos incendium suscitarunt. Bulgari rei difficultate perterriti ab eo conatu abhorrebant. hinc fratres, ut popularibus metum adimerent, sub Demetrii martyris nomine templum aedificant, in quo

multos coegerunt qui daemoniacos exquisite exprimerent, et furore acti proloquerentur libertatem Bulgaris deum concedere, Christi martyrem Demetrium neglecta Thessalonica et Romanorum consuetudine ad ipsos pervenisse, adiuturum ad opus. tum ac si maiori spiritu inflarentur exagitarenturque, maioribus vocibus clamitarent iam armis Romanos invadendos, captos omnes ad unum inclementer occidendos, pace et pretio repudiatis. his tota gens concitata ad arma cucurrit, et ex initio defectionis, quae auspicata fuerunt, animis magnis constabiliuntur, deum libertati suae favere. ALL.

p. 20 v. 18. *τὸ δὲ Βουλγάρων φῦλον*] Gregoras lib 2 p. 26 17. ALL.

ib. v. 20. *ἀνδραποδισμῶν τε καὶ ἁλώσεων*] quae mala Bulgari in Graecos et eorum regiones intulerint variis excursionibus, aliis atque aliis ducibus, et vastitatem provinciarum, fuse narrant omnes Graecorum historiae, donec a Basilio Bulgaroctono tandem fusi ac debellati sunt, unde illi nomen Bulgaroctono fuit. ALL.

ib. v. 22. de Basilio Bulgaroctono praeter nostrum Acropolitam agit Gregoras libro secundo, Zonaras, Cedrenus, Ioannes Tzetzes in Chiliad. reliqui fere omnes historici Graeci. de eius cadavere et sepultura Georgius Pachymeres lib. 1 p. 124 13. porro Basilium in eodem templo sepultum tradit Cedrenus: *ταφῆναι δὲ παρεκάλεσε τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε τῆς ἀρχῆς, ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ναῷ τοῦ εὐαγγελίστου καὶ θεολόγου. ὃ δὴ γέγονεν.* ALL.

p. 21 v. 3. *Ἀσὰν*] defectionem Bulgarorum, expeditionem in eos Isaacii imperatoris admodum infelicem, et damna illata Romanis fuse prosequitur Choniata. ALL.

p. 22 v. 3. *πυραμὶς* erat pileus acuminatus instar pyramidis, Orientalium principum gestamen; cuius postea iterum Georgius meminit: *καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο, καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, ἃ βασιλικὰ σύμβολα.* hoc, adhibito in consilium viro consultissimo ac Byzantinarum rerum peritissimo I. Meursio, didici ex duobus illis auctoris nostri locis. idemque docetur in Glossario Graeco-barbaro iteratae editionis, iisdem firmatum exemplis. quibus tertium adde ex Niceta in Andronico Comneno lib. 2: *τρέπεται πρὸς φυγήν, καὶ τὸ φοινικοβαφὲς πέδιλον τοῦ ποδὸς ἀφελιξάμενος, καὶ τὸ ἀρχαῖον αὐτῷ περιφύλαγμα τὸν σταυρὸν ὁ θεοβλαβὴς ἀποτραχηλισάμενος ἐκεῖ που, καὶ πῖλον βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς ἐς ὀξὺ λήγων πυραμίδι εἴκασται, τὴν βασιλικὴν εἴσεισιν αὖθις τριήρη.* vocat barbaricum pileum acuminatum et fastigiatum in metam instar pyramidis. non absimile genus pilei, aut idem forte, videtur fuisse *τοῦφα*, cuius meminit in Basilio Porphyrogenito Zonaras Annal. tom. 3 quem triumphantem incessisse vult ornatum recta tiara aut tupha,

τιάρα ταινιωθεὶς ὀρθία, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης. subdit: *a typho nimirum et superbia quam in animis gestantium excitat.* quae originatio utcunque nonnemini placitura sit fortassis, mihi certe displicet. apage, apage nugas nugacissimas. sed et *tufae* inter signa muta militaria, qualia sunt aquilae dracones vexilla flamulae etc., de quibus Vegetius lib. 3 C. V in emendata V. C. Petri Scriverii editione. Henricus Huntindoniensis Hist. Anglor. lib. 2: *ubique ante regem* (Edwinum) *vexilla gestabantur; nec non per plateas illud genus vexilli quod Romani* tuffam *vocant, Angli* tuf *appellant, ante eum ubilibet ferri solebat.* idem habetur in Venerabilis Bedae Hist. lib. 2 c. 16, unde manifesto desumpsisse videtur Huntindoniensis iste Henricus. Dousa.

p. 22 v. 5. τὸν βασιλικὸν σταυρὸν] intelligit (quod etiam a Meursio habeo) crucem sphaerae terrestri impositam, quam sinistra manu imperator gestabat. qua re id nimirum innuebat imperator, fidei in Christum crucifixum beneficio orbis terrarum imperium se potitum esse. primusque ita in Augusteone effingi se Iustinianus curavit post aedificatum augustissimum S. Sophiae templum; et ab illo mox reliqui imperatores. refert Codinus in originibus Cpolitanis et Suidas v. Ἰουστινιανός. haec Meursii nostri coniectura est, cuius Mantisam vide ad librum de Luxu Romanorum cap. 8. de globo imperatorio Isidorus Originum lib. 17, qui eius usum atque originem ad Augustum refert his verbis: *pilam in signa constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut magis* (legendum puto *imagine*) *figuram orbis ostenderet.* huic pilae Constantinus Magnus imp. crucem addidit, teste Nicephoro lib. 7 cap. 49 et aliis. videndus amplissimus Caesar Baronius, ecclesiasticorum annalium scriptor nobilis, anno 325. quo optimus imperator significare voluit orbem a Christo crucis virtute triumphatum esse. exemplum Constantini globum cruciferum manu tenentis sequuti sunt reliqui imperatores. vide passim nummos. sed imperatores non modo in globo imperatorio ferebant crucem, sed et solam absque globo. quod varia auctorum loca, statuae et nummi probant. et Graeci, quando cum hostibus confligendum erat, signum crucis secum in aciem efferre et hostibus invictissimi propugnaculi vicem obiicere solebant. etiam Bulgarorum regi prodeunti in hostem crucem praelatam Cedrenus auctor est. Conradus a Liechtenau abbas Uspergensis in Chron. anno 1101: *referebat mihi venerabilis abbas Gerardus, qui tunc crucem dominicam semper lateri regis contiguus praeferebat.* sed loquitur hic de Christianorum bello adversus Mahometanos. Guilielmus Tyrius lib. 21 cap. 21 et 22 et lib. 22 cap. 26 docebit principes proprium quendam habuisse sacerdotem, qui in expeditionibus ex officio crucis signum ferret, quem ille *vivificae crucis baiulum* appellat. ist est *primarius sacerdos Palatii* Cedreno in Constantino Leonis F. et hoc signum

crucis pretiosius, maioreque cultu honore ac reverentia suspiciebatur et religiosius observabatur, si inclusas haberet primae crucis particulas. nam S. crucis lignum per partes (ut ait D. Cyrillus Hierosolymitanus episcopus Catech. 4, 10 et 13) de monte Calvariae sparsum est ac totum terrarum orbem replevit. eiuscemodi cruces non paucae passim occurrent antiquorum monumenta evolventi. tale hoc fuisse mihi persuadeo quod auctor noster *τὸν βασιλικὸν σταυρὸν* appellat, salvo tamen cuiusvis iudicio. vide Iacobum Gretserum S. I. theologum, qui hoc omne crucis negotium exactissime atque uberrime tribus tomis persequitur. quibus lectis opinioni meae subscribere ac calculum adiicere lectorem candidum nulla erit invidia. DOUSA.

p. 22 v. 11. *ζώνης αὐτῆς*] ad zonam virginis deiparae quod attinet, eius quoque *καταθέσια* Graeci celebrabant prid. kal. Septembres. Menologium clare in mense Augusto: *εἰς τὴν λα΄ τὰ καταθέσια τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.* et in Novella Manuelis Comneni de feriis: *καὶ ἡ λα΄ τοῦ Αὐγούστου διὰ τὴν τῆς τιμίας ζώνης τῆς ἀχράντου θεοτόκου κατάθεσιν·* suggessit amicissimus mihi Meursius Menologium Graecorum ex bibliotheca et interpretatione Guilielmi Sirleti cardinalis, Aug. die 31: *commemoratio pretiosae zonae sanctissimae dei parentis Mariae, repositae in venerabili eius aede, cum zona ipsa relata est, ab episcopatu Zelae sub Iustiniano imp. et factum miraculum per impositionem pretiosae zonae super reginam Zoem, coniugem Leonis imp.* DOUSA.

ib. v. 16. *αὐτοῦ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν*] namque Graecorum imperium non minora infortunia sub Alexio sustinuit quam antea sub Isaacio sustinuerat, quae narrat Choniata in Alexio. ALL.

ib. v. 18. quae sit *Protostratoris* dignitas, quod munus, unde melius liquidiusque constare possit, nullum luculentiorem auctorem quam amicum nostrum Iohannem Meursium tibi nominare possum. videatur eius Glossarium, an thesaurum dicam? in *πρωτοστράτωρ*. DOUSA.

p. 23 v. 1. *τὸν δὲ Πέτρον*] Petrus praeterea auream corollam capiti imposuit et pedibus coccineos calceos induxit, ut imperialibus insignibus popularibus suis spectabilior ac dignior appareret. ALL.

ib. v. 3. *Περισθλάβα*] Anna Comnena Alexiad. lib. 7: *πόλις δὲ αὕτη περιφανὴς περὶ τὸν Ἴστρον διακειμένη, ποτὲ μὲν οὔτ' ὄνομα τοῦτο ἔχουσα βαρβαρικόν, ἀλλ' Ἑλληνίζουσα ἀπὸ τῆς προσηγορίας μεγάλη πόλις καὶ οὖσα καὶ λεγομένη. ἀφ' οὗ δὲ Μόκρος ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεὺς καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου γενόμενοι, καὶ προσέτι Σαμουὴλ ὁ τελευταῖος τῆς Βουλγαρικῆς δυναστείας, καθάπερ Σεδεκίας τῶν Ἰουδαίων, τῆς ἑσπέρας κατέδραμον, σύνθετον ἐκτήσατο τὴν προσηγορίαν ἀπό τε τῆς Ἑλληνικῆς σημασίας, μεγάλη*

ἐπονομαζομένη καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Σθλαβογενῶν ἐπισυρομένη τάξιν μεγάλη Περισθλάβα πανταχόθεν τούτοις φημιζομένη. All.

p. 23 v. 8. non *Ibanus* sed *Ibancus*, *Ἰβαγκός*, apud Nicetam semper, et quodam loco *Ἰβαγκὸς ὄνομα τῷδε, σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὸν Ἰωάννην.* rectius arbitror *Ibanus* sive *Ivanus*, id est *Ivan*, *Iwan*, *Iohan*. Dousa.

ib. *τοῦ πρωτεξαδέλφου*] Ibancus (sic Ioannes a Blachis dicitur) natura et moribus Asano similis et intima familiaritate coniunctus clam cum uxore Asani sorore consuescebat. id ubi comperisset Asanus, principio uxorem accusare et propter facinoris dissimulationem capitis damnare. sed verbis uxoris deterritus iram a muliere in Ibancum transfert, eumque statim intempesta nocte ad se accersit. Ibancus accessum differt, Asanus sollicitat. tandem causa cur vocaretur Ibancus cognita, gladio sub veste occultato accinctus ingreditur. Asanus nihil moderati in eum cogitans, ad primum eius aspectum efferatus, ensem quaerit. Ibancus facinus occupat et ense in inguine infixo Asanum occidit. inde elapsus statim ad conscios se confert, et caede indicata cum eis consilium defectionis init. All.

ib. v. 9. *ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ*] Petrus post necem Asani non multum summa rerum potitus est; qui nec morte naturali, sed miserabiliter a quodam populari confossus vitam finit; et principatus Bulgarorum ad Ioannem tertium fratrem transit. ita Choniata. Acropolita tamen hic noster aliter. Ioannes non parvo tempore apud Romanos obses fuerat, cum imperator Isaacius secundum Mysis arma retulisset: sed fuga elapsus domum redierat. Gregoras: *ὁ γάρ τοι τοῦ πρώτου Ἀσὰν ἀδελφὸς καὶ διάδοχος Ἰωάννης.* All.

ib. v. 12. *πολλῶν τε τοῖς Ῥωμαίοις αἴτιοι*] Asano et Petro fratribus spoliandis infestandisque Graecis immanior; cuius res gestas videre est in Choniata. All.

ib. v. 15. *τῆς Μακεδονίας*] quomodo Itali Macedoniam et Graeciam reliquam sibi subegerint, narrat Choniata in Balduino. All.

ib. v. 17. *τὴν πόλιν Ἀδριανοῦ*] Adrianopolis obsidionem et Ioannis machinas prolixius narrat Choniata in Balduino. de hac urbe auctor vitae Athanasii patriarchae Cpolitani: *οὗτος ὁ μέγας τὴν ἀρετὴν καὶ σχεδὸν παντὶ τῷ κόσμῳ διαβόητος Ἀθανάσιος πατρίδα μὲν ἔσχε τὸν Ὀδρυσὸν πόλιν ἀρχαίαν τε καὶ ἐπιφανῆ, οὐ μόνον παντοίοις βρίθουσαν τοῖς ἔξωθεν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ πάσαις ἀρεταῖς κομῶσαν καὶ πάσης ἀγαθῆς παιδείας ὑπερέχουσαν ἐργαστήριον, ἐξ Ὀρέστου μὲν τοῦ πρώτως αὐτὴν ἀνεγείραντος κληθεῖσαν Ὀρεστιάδα, ἐξ Αἰλίου δὲ τοῦ Ἀδριανοῦ τοῦ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις πλατύναντος καὶ κοσμήσαντος καλουμένην Ἀδριανούπολιν, ἥτις ὅσοις περιρρεῖται παντοίοις πάντοθεν ἀγαθοῖς καὶ ποταμοῖς πρὸς τούτοις ἀένναα ῥέουσιν, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ κα-*

ταμαθεῖν ἐκεῖ δὴ καὶ φοιτήσαντι. de eadem Ioannes Tzetzes Chiliad. 8 versu 951. ALL.

p. 23 v. 19. τὴν Φιλιππούπολιν] Choniata in Balduino Flandro p. 829 1. ALL.

ib. v. 20. in hoc ἀνδραποδισμῷ τῶν Ῥωμαίων et miserabili direptione urbis Philippopolis (quae ab Alexandri Magni patre nomen accepit et incunabula) antiqui scriptores cum Logotheta consentiunt. inter caeteros testis αὐτόπτης Godefridus Ville-Harduinus, mareschallus Campaniae, V. N: ait enim Iohannem Asanum pulso Reinerio (an Renato) de Utrecht, qui eius urbis principatum a Balduino imperatore acceperat, ipsam hanc urbem contra fidem datam funditus evertisse, inque incolas plusquam barbarica rabie saeviisse, interemptis crudeliter archiepiscopo proceribusque, ac caeteris in servitutem abductis. DOUSA.

p. 24 v. 13. κουφότερον] Choniata p. 812 20. ALL.

ib. v. 16. Βαλδουῖνον] Choniata p. 814 3. sic vinculis oneratus longo tempore Ternobi fuit. cum autem Aspietas ad Latinos defecisset, Ioannes vir astutus et dolore in dies ingravescente pene in rabiem actus, Balduino educto e carcere pedes a genibus et manus a brachiis securi amputari, deinde ipsum in vallem praecipitari iubet; ubi tertio demum die esca volucrum miserabiliter expiravit. hinc patet quantum fallantur ii qui Balduinum fatali morte decessisse aut in bello interfectum tradunt. et quantum garrit Dorotheus Monembasiensis, qui eum in Oriente post tredecim annos cum pugnaret adversus Theodorum Lascarim defunctum scribit: καὶ ἐσύναξαν φούσατα πολλά, καὶ ἐπῆρεν αὐτὰ ὁ βασιλεὺς ὁ Βαλδουῖνος, καὶ ἐπέρασεν εἰς τὴν ἀνατολήν, καὶ ἐπῆγεν εἰς τὴν Φιλαδέλφειαν, καὶ ἐπολέμα μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμάχετον δεκατρεῖς χρόνους, καὶ ἐκεῖ ἀπέθανεν, καὶ τινὲς μὲν λέγουν ὅτι ἀπέθανε τὸν κοινὸν θάνατον, ἄλλοι δὲ λέγουν ὅτι εἰς τὸν θάνατον ἐσκοτώθη. Sabellius quoque de eius morte varia tradit lib. 6 Ennead. 9: *Balduinus, qui post Byzantium a Gallis et Venetis captam fuerat imperator declaratus, intra annum quo fuit imperio potitus vita decessit. sunt qui scribunt ad Hadrianopolim victum in hostium potestatem venisse atque in vinculis morte consumptum, alii Byzantii aiunt fato defunctum.* addit Choniata lectissimos Latinorum equites et hastis vibrandis celebres eo in conflictu cecidisse, et Pleae comitem Lodoicum; callidissimum malum et omnium Romanarum cladium primum auctorem, Venetiarum ducem Dandulum, clade exercitus ex fugientibus cognita, statim conversis fraenis in castra properasse et Byzantium rediisse, intestinis fuga tot parasangarum ruptis et scroto in immensum tumefacto. Gregoras lib. 1 p. 15 21. Ephraemius Byzantius in Chronico:

ὁ δ' ἀσμένως δέδεκτο πρεσβείας λόγους,
καὶ συμμαχικὸν Σκυθικὸν λαβὼν στίφος,

ἐπεισκεπτωκὼς Ἰταλῶν στρατῷ λάθρα
τοῦτον τροποῦται καὶ νικᾷ κατὰ κράτος.
ζωγρεῖ τε καὶ σφῶν κράτωρα Βαλδουῖνον,
κομῶντα πολλαῖς ἀρετῶν νεανίαν,
μάλιστα πασῶν σωφροσύνῃ καὶ δίκῃ,
ὡς φθὰς προϊστόρησεν ἀνόπιν λόγος·
ὅνπερ καθείρξας μακρὰν ἐν τῷ Τρινόβῳ,
δράσας τε δεινὰ μυρία κακοτρόπως,
πέρας καθυπέβαλεν οἰκτρῷ θανάτῳ
κατ' ἠλιβάτων κατακρημνίσας τόπων.

quemadmodum itaque nomen Danduli apud Graecos inauspicatum atque infame habitum est, ita Balduini, quamvis eorumdem hostis, gloriosum; cuius etiam vires atque imperium ob amissam libertatem oderant, mores atque ingenium exosculabantur. Graecorum de eo praeconia digna quae lapidi sepulcrali incidantur hic ascribam. Choniata p. 790 14. et Ephraemius in Chronico:

ἔκ τε Φραγγίσκων Βενετίκων Λομπάρδων
ἐπιλεγέντες εὐγενεῖς ψηφηφόροι
εἰς ἄνακτα χρίουσι τῆς Κωνσταντίνου
Βαλδουῖνον κόμητα χώρας τῆς Φλάντρας,
νεανίαν κάλλιστον, ὡραῖον φύσει,
φιλευσεβῆ τε καὶ φιλόχριστον λίαν,
πρᾶΰν, ἱλαρόν, σωφρονέστατον μάλα,
μερίδα καὶ μέλλοντι διδόντα βίῳ,
πολλῶν ταμεῖον ἀρετῶν θεοδότων,
μάλιστ' ἐραστὴν σωφροσύνης καὶ δίκης.
ὃς εἶχε δὶς κήρυκα τῆς ἑβδομάδος
τορὸν βοῶντα μὴ καθεύδειν μηδένα
τῶν βασιλείων ἔνδοθεν καθ' ἑσπέραν,
μηδὲν νομίμῳ γυναικὶ συνημμένον,
πόρνῃ δ' ἀθέσμως συμβιοῦν ἡρημένον.
ἦν καὶ φύλαξ νόμων τε δίκης τ' ἐννόμου,
γυναικὶ προσχεῖν οὐ θελήσας οὐδ' ὅλως,
μηδ' ἂν μέχρι βλέμματος ἐμπαθῆ θέαν,
ὅσον περ ἀπῆν τῆς συνεύνου τὸν χρόνον. ALL.

p. 24 v. 15. nota fatum Balduini imp. a Scythis captus vivusque in hostium potestatem venit, ac primo Iohanni Bulgarorum regi, mox carceri traditus, modico tempore post miserabili exitu periit, circa annum 1205. fuitque Cpoli interregnum anni unius et mensium quattuor, morte imperatoris non prius explorata, quae ita contigit teste Niceta. captus diu Ternobi fuit: cum autem Aspietes ad Latinos defecisset, Iohannes rex propterea vehementissime exacerbatus aestuansque ira, et dolore in dies ingravescente pene in rabiem actus, Balduino educto e carcere pedes ipsi manusque amputari, deinde truncum in profundam vallem praecipitari iubet, ubi tertio demum die esca volu-

crum miserabiliter exspiravit. haec Nicetas. alii in carcere membratim dissectum tradunt, quod uxori Iohannis regis matrimonii imperiique sui consortium, si ope eius liberaretur, obtulisse per illam procacem reiectamque falso accusaretur. Matthaeus Paris non Bulgariae reginam, sed puellam quandam nobilem fuisse dicit, uti infra videbimus. quibus pro corollario addit noster Logotheta, quod ab aliis praetermissum est, barbarum capiti illius in conviviis illusisse, cranio videlicet maximi principis poculi vice abusum. neque tamen hoc ipsum categorice adstruit: ait enim *ὥς φασί*. utcunque tamen hoc in medium relinquendum sit, de nece ipsius Balduini ne dubitatur quidem. quid igitur sibi volunt illi qui eum post longam peregrinationem et captivitatem carcere eductum sospitem ac incolumem in patriam rediisse volunt? scio repertum fuisse quendam Balduino non absimilem, qui se imperatorem et comitem Flandriae Hannoniaeque mentiretur. nullo namque non tempore inventi sunt qui infimo loco nati mendacio se conati sunt clarissimis inserere familiis. hoc exemplo Pseudo-Balduini, quia nobile est, non gravabor hic, tamen etsi paulo longiuscula sit historia, fide veterum chronographorum adscribere. darem primum locum Alberto abbati Stadensi, qui circa illa tempora vixit. cui succederet deinde Godefridus Sancti Pantaleonis monachus Coloniensis in diligentissimis, quos nuper Marquardi Freheri beneficio accepimus, annalibus sub gestis anni 1225. possem et alios his adiungere, praeclaros quidem et fide dignos, sed stili infaceti homines. sed horum sordibus omissis audiamus potius saeculi nostri

florem illibatum populi suadaeque medullam,

Iustum Lipsium. is in Monitis et exemplis politicis lib. 2 c. 5 num. 8 rem narrat. nonnihil fidei tenebrioni isti ac impostori dedisse videtur Matthaeus Paris, scriptor eius temporis, in Historia maiore, ad annum 1224. adde auctarium Aquicinctinum ad Sigeberti Gemblacensis Chronicon, nuper ab Auberto Miraeo canonico Antverpiensi publicatum. Iacobus Meyerus, Iohannis Iperii (qui anno 1294 vivere desiit) Chronico aliisque vetustissimis Flandriae monumentis et annalibus inspectis, interceptusne sit Balduinus in praelio an occisus parum constare scribit, nunquam posthac inventum. de nebulone Balduinum mentiente vide ipsum ad annum 1225. Christianus Massaeus in Chronico ad annum 1201 captum Adrianopoli imperatorem ab adversariis et abductum in Syriam tradit. ita variant auctores. Dousa.

p. 25 v. 1. *οἱ γοῦν ἀπολειφθέντες*] Choniata p. 814 11. All.

ib. v. 2. *φῶτα* hic superfluum possit videri, et e glossula in contextum irrepsisse; cuius sententiae auctorem habeo Meursium, ex cuius Glossario haec, quae unice huc faciunt, deprompta sunt: *τὸ λαμπρόν ignis*. Constantinus in Tacticis: *θέλων*

μετακινῆσαι ἐκ τοῦ ἀπλήκτου αὐτοῦ ἐποίησε τοῦτο οὕτω, καὶ ἧψε λαμπρὰ πολλά. Glossae Graecobarbarae: τόπος ὅπου ἅπτουσι λαμπρὸν ἤτοι πῦρ. pro eodem τολλαμπρόν (quod est τὸ λαμπρόν) exstat in Turco-Graecia Crusii. sed de voce plus satis. simile autem stratagema legitur apud Livium 21 32, Annibalis, cum superato Pyrenaeo saltu ad Alpes pervenisset et montanos Gallos debellaret. leguntur apud eundem huiuscemodi stratagemata alia, ignibus in castris etiam vacuis accensis ad fallendos hostes. nam ad ignem nocturnae in castris vigiliae agebantur; cuius rei crebra mentio passim in lectione veterum occurrit: Horat. Od. 10 lib. 1; Virgil. 2 Aeneid.; Stat. Papin. Thebaid. lib. 4, lib. 8 et lib. 12; Propert. Eleg. 4 lib. 4, Tacitus aliique historici. vide Homerum sub finem 8 Iliad. nocturnum signum castrense ignis, diurnum fumus. notavit Scholiastes Homeri ad Iliad. 18. pyrasque incensas lego ad speciem maioris exercitus apud Nicetam in Alexio Comneno Porphyrogenito. sed et in militia ignium alius usus, nempe pro litteris; quod elegantissimus Lipsius observavit de Milit. Roman. lib. 5 dialog. 9. Dousa.

p. 25 v. 13. μὴ ἔχων τὸ ἐμποδών] Gregoras lib. 1 p. 16 4. vide etiam Choniatam in Balduino. All.

ib. v. 18. ἐκ βάθρων αὐτὴν] Anna Comnena Alexiad. lib. 14. All.

p. 26 v. 8. Βουλγαροκτόνον] de bello Bulgarico et Basilii imp. triumpho circa annum 1016 consulendus Zonaras Annal. tom. 3 in Basilio Porphyrogenito. meminit et Nicephorus Gregoras. Dousa.

ib. v. 9. καταντήσας καὶ αὐτῆς] minutatim omnia refert Choniata in historia et Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii martyris. All.

ib. v. 11. ἔδοξε γὰρ αὐτῷ] hunc fuisse S. Demetrium martyrem Thessalonicensium patronum refert Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii: τότε δὴ τότε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν εἰς τέλος Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκδικήσεως ῥομφαίαν ἐστίλβωσεν καὶ ὑπέθηξεν ὡς ἐν θηγάνῃ τῷ ζήλῳ τοῦ μάρτυρος. καὶ αἴφνης ὁ ἄγρυπνος τῷ ὄντι φύλαξ καὶ πολιοῦχος ἡμῶν καὶ μέγας τοῦ μεγάλου βασιλέως στρατιώτης Δημήτριος ἔφιππος ἐφ' ἵππου λευκοῦ τῷ Βουλγαράνακτι φαίνεται, καὶ καιρίαν ἀκοντίζει παραχρῆμα τὸν ἄθλιον. ὁ δὲ μέγα παραυτίκα ἀνακραγὼν κατεβόατο τοῦ ἀρχιστρατήγου τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ Μαναστρᾶ ὡς δῆθεν τρωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτον γὰρ ἐδόκει ὁρᾶν ἱππαζόμενον, ᾧπερ εὐγενεῖ καὶ λευκῷ ἵππῳ ἱππάζετο, τῆς σκηνῆς ἔνδον γενόμενον, καὶ λόγχην ἣν περιέφερε τῇ καρδίᾳ τούτου ἐμβάψαντα. καὶ αὖθις κατεβόατο τούτου καὶ πολλάκις, ὡς καὶ αὐτὸν ταῖς κραυγαῖς θορυβηθέντα καὶ ἀναπηδήσαντα τῆς στρωμνῆς (ἐν γειτόνων γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σκηνή) εἰσελθεῖν καὶ ἰδεῖν καὶ φανῆναι, καὶ ἀκοῦσαι ὡς σύ με πρὸ βραχέος ἔφιππος τῷ λευκῷ σου ἵππῳ γενόμενος ἐνταῦθα κατέσφαξας δό-

ρατι. καὶ τὸν γενέσθαι περιδεᾶ, καὶ εἰπεῖν "μή σύ γε βασιλεῦ· συμπάθησον, οἴκτειρον. οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. φάσμα σοι γέγονεν, οὐκ ἀλήθεια." ἐκεῖνος εἰς βάθος δεξάμενος τὴν πληγὴν ἐστροβεῖτο δεινῶς, ἐκέκραγε καὶ ἀνωλόλυξε. νύσσεται οὖν τὴν κοιλίαν εὐθύς, καὶ ῥοῦν ἱκανὸν ἀκραιφνεστάτου αἵματος κάτωθεν ἀπορρεῖ, ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σοι, Δημήτρις, αἵματι τῶν ἐχθρῶν σου ὑπὲρ τῆς σῆς τῆσδε πόλεως. καὶ ἄρχεται ἤδη λειποψυχεῖν. ταῦτα ἰδὼν ὁ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγος Μαναστρᾶς, ᾗ τάχους εἶχεν, ὕπτιον τοῦτον ἐπιβιβάσας προτροπάδην φεύγει, καὶ κλέπτων τὴν σωτηρίαν μεθ' ὅσου τάχους ὑποχωρεῖ, καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐκεῖνο τὸ μυριοπληθὲς στρατολογικόν, οὕτω ταχέως ὡς εἰ καὶ Βορεάδαι τινὲς κατὰ τοὺς θρυλλομένους τούτους ἐδίωκον· φόβος γὰρ αὐτοῖς καὶ τρόμος ἐπῆλθε κατά τινα ξένην ἀντιπερίστασιν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς μακρὸν τούτῳ τὸ ζῆν, ἀλλ' αὐθημερὸν πρὸς ἡλίου δυσμὰς κατὰ τὸ ἐν ταῖς ἱστορίαις ζῶον μονήμερον θνήσκει βιαίως οὕτως ὁ ἄθλιος τῆς οἰκείας κακίας καὶ ματαιότητος δρεψάμενος τοὺς καρπούς, μέχρις αὐτοῦ τρυγίου τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ ἐκπιὼν καὶ τὸ τῆς ὀργῆς κυρίου ποτήριον, καὶ μεμεθυσμένου θείου ξυροῦ εἰς πεῖραν ἐλθών. ἐπεστράφη γὰρ ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν μὲν ἡ ἀδικία αὐτοῦ κατέβη, εἰς βόθρον δ' ὃν εἰργάσατο πέπτωκε, καὶ μία μαρτυρικὴ βολὶς εἰς ἐκδίκησιν ἤρκεσε τῶν πολλῶν ἐκείνου κακῶν, καὶ αἷμα ἐξέχεε δίκαιον τῶν ἐγκάτων αὐτοῦ πολλῶν αἱμάτων ἀδίκων ἀντίπονον. in codice Vaticano 163 in margine historiae Choniatae legitur: οὗτος ἐστὶν ὁ ἀσεβὴς Σκυλοϊωάννης ἐπικληθεὶς ὕστερον, ὃν ἀνεῖλεν ὁ μέγας Δημήτριος προδήλως κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιστρατεύσαντα, ὡς ἐν τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἀναγέγραπται. et infra ἀσεβέστατε ἀνθρώπων Σκυλοϊωάννης Βούλγαρε, καὶ ποῖος θὴρ ἀγριώτατος τοιαῦτα εἰργάσατο; μὴ εὕροι ἡ μιαρά σου ψυχὴ τὴν τυχοῦσαν ἄνεσίν ποτε. ALL.

p. 27 v. 2. ὁ δὲ Μιχαὴλ] causas quoque addit Gregoras lib. 1 p. 13 18. ALL.

ib. v. 21. ἐπηύξησε τὴν αὐτοῦ ἀρχήν] Gregoras lib. 2 p. 25 22. ALL.

p. 28 v. 4. ἔνθα καὶ Πέτρον] anno 1216 Honorio III. pontif. Rom. Petrus hic Cortenaeus ex comite Antisiodorensi factus imperator Cpolitanus, eadem hac pagina dicitur in praelio confossus occubuisse. at Antonius Bonfinius (Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 7) tradit ipsum in Theodori Dyrrachini tyranni carcere diem suum obiisse, Iole interim sive Iolanta imperium eius administrante. alii in Thessaliae saltibus praeter iurisiurandi religionem et fidem interceptum scribunt, et toto biennio in tetro squalidoque carcere fatigatum ac pene enectum tandem obtruncatum esse anno 1221. DOUSA.

ib. v. 6. ἀνηγορευμένον πρὸς τοῦ πάπα] Latini scriptores rem aliter narrant, ferunt siquidem defuncto Henrico imperium

ab iis qui Cpoli erant delatum fuisse Andreae Ungariae regi vel socero illius comiti Petro Antisiodorensi, de quo statim Andreas pontificem Honorium III certiorem reddidit. Petrus tamen potioribus suffragiis vocatus e Galliis Romam cum uxore et filiis et alio comitatu advolat, et ab Honorio diademate cingitur in ecclesia S. Laurentii extra muros, ne quid iuris Orientale imperium in Occidentale comparasse videretur, et ne Cpolitani patriarchae viribus inungendi Orientis imperatoris detractum videretur. Honorius epistola ad patriarcham Cpolitanum: *nos autem licet id pluries denegassemus eisdem, ne quis posset quemvis de superfluo suspicari, quod in ecclesiae Cpolitanae praeiudicium faceremus, quia timebatur a multis ne, si sic a nobis confusus abscederet, non solum sibi sed universo imperio grave dispendium immineret, condescendentes tandem ipsos sine tuo vel alterius praeiudicio vel contemptu in ecclesia B. Laurentii foris muros urbis duximus solemniter coronandos.* et ut maior auctoritas negotio accederet, comitem illi dedit Ioannem Columnam tit. S. Praxedis. ALL.

p. 29 v. 2. ἔργον μαχαίρας γενέσθαι] hoc quoque aliter narrant scriptores Latini, qui scribunt non armis sed proditione et perfidia a Theodoro Comneno captum: nam cum in via foedus cum Theodoro iniisset, invitatur a Theodoro, et in convivio tum ipse tum legatus capiuntur, reliquis fugatis aut prostratis, et carceri mancipantur. leguntur ad eundem Theodorum Honorii epistolae, quibus eum tanti facinoris accusat, hortaturque ut legatum sedis Apostolicae et Petrum eximat vinculis et solutos sinat; et ni pareat, minas gravissimas incutit. et liberasse postmodum legatum pontificium compertum est. de Petro quid actum sit, silent historici. dubium itaque est an in vinculis e vivis excesserit an libertati restitutus fuerit. certe imperio redditus non est. Richardus de S. Germano in Chronico, nunc primum a doctissimo Ferdinando Ughello in Italiae sacrae tom. 3 edito, anno 1217: *Petrus Altissiodorensis comes in Cpolis imperatorem electus est. Romam veniens cum consorte sua ab Honorio papa apud S. Laurentium extra muros urbis in imperatorem et imperatricem coronantur. qui regnum intrantes et se Brundusium conferentes cum honesto militari exercitu, ibi dominum Ioannem de Columna Card. in Cpol. legatum venturum expectant, cum quo infausto satis omine navigio transfretantes ad portum Dyrrachii pervenerunt. qui pravo ducti consilio, imperatrice eos per mare praeeunte ad civitatem Byzantium, obsidere, et expugnare praeviderunt Dyrrachium, et cum viris non proficerent aut viribus suis, ab obsidione civitatis ipsius digressi sunt. qui errantes per devia et condensa silvarum a Graecis intercepti sunt, de quibus nonnulli in ore gladii perierunt, nonnulli vero capti sunt et carcerali squalore una cum ipso imperatore consumpti. ipse etiam cardinalis captus est et detentus.* hic miscet omnia et tur-

bat Blondus de gestis Venetorum. *Ioannes nunc imperator Venetis promiserat, si ab eis qui a Cpoli detulerunt cum habito a pontifice exercitu Cpolim deportaretur, Dyrrachium eis recuperare, quam urbem Theodorus Epirotes furto dolisque surripuerat. debellaturus autem Dyrrachium imperator hinc Iolem uxorem, inde cardinalem Columnam Cpolim iussit accedere, inchoataque est obsidio, et oppugnationes per dies fere singulos intentatae. sed urbem veteri muro, quem Venetus instaurasset, munitam Theodorus milite abundans ex Epiro fideli facile defensabat, adeo ut imperator potiri desperans sibi constituerit abeundum. et quia mediterraneas Macedoniae urbes invisendi desiderio teneretur, petitam inter solvendam obsidionem a Theodoro fidei publicae securitatem accepit. secundum quam scripto sibi datam ad Aretae amnis portum extensionem in Macedoniae littora primam fecit. inde ad nemorosa Tempe delatus, cum ad montium saltus pervenisset, in silvis tectorum structas a Theodoro duce insidias incidit, et abductus in teterrimum carcerem est coniectus.* primum hic Ioannem Hierosolymorum regem cum Petro Altissiodorensi confundit. res Petri, et quidquid Petro acciderat, Ioanni tribuit. Iole fuit uxor Petri, non Ioannis, soror Balduini primi. Theodorus Michaelis frater eidem Michaeli in principatu successit, quem armis et virtute bellica auctiorem reddidit. Iole tantum navigio Byzantium transfretavit: cardinalis Columna eiusdem Petri, uti laborum comes, ita et carceris fuit. leguntur etiamnum litterae Honorii III ad eundem Theodorum et alios, quibus sollicitat sub poenis etiam gravissimis Theodorum ut Apostolicae sedis legatum e custodia dimittat, alios ut factam iniuriam vindicent et liberationem procurent. ut dicta aliorum historicorum praeteream, qui nec bello pugnasse cum Theodoro Petrum et legatum affirmant, sed exoratos a Theodoro, etiam promissis expensis ad ipsum Byzantium, per illius dicionem iter arripuisse et in convivio captos carceri fuisse mancipatos, reliqua multitudine, quam secum ducebant, profligata. Chronicon Fossae novae, Iordanus, Ricardus de S. Germano, et alii. liberet in his fidem suam Blondus, si potest, si vult sibi fidem in aliis haberi. Raphael quoque Vollaterranus Theodorum hunc Epiri principem, qui Petro Altissiodorensi insidias struxit, cum Theodoro Lascari Graecorum imperatore confundit; narratque Petrum non carceri mancipatum, sed ab eodem in convivio obtruncatum. Sabellius Ennead. 9 lib. 5: Petrus Altissiodorensis ab Honorio pontifice *imperatoriis insignibus ornatus cum Ioanne Columna supremi ordinis antistite retro abiit: mittebatur is in Pannoniam ad arma in Turcos comparanda. ubi vero Brundusium ventum est, imperator Venetis navibus cum uxore et liberis exceptus in Dalmatiam transmittit, Ioanne antistite ad comparandum bellum praemisso. ipse conatus est Dyrrachium Theodoro, qui Epirum*

obtinebat, adimere. gerebat ipse pro imperatore Graeciae, Veneti aliquando antea instauraverant, illa ex improviso suo insederat praesidio. Veneto itaque nomini gratificaturus imperator, tum quia imperii aemulum infense oderat, aliquando Dyrrachium frustra oppugnavit. Theodorus interim pacis studium assimulans, Antisiodorensi insinuatus, ex hoste brevi fit hospes. imperatorem itaque comiter invitatum medio convivio obtruncat, neque foedus nuper ictum neque hospitalia iura reveritus. alii circa nemorosae Thessaliae loca, quae Tempe vocant, insidiis a Theodoro exceptum scribunt, atque in potestatem redactum in vinculis asservatum. All.

p. 29 v. 9. *ἐπὶ τῷ υἱῷ παραδίδωσι*] Belae 4 eius nominis Ungariae regi, Andreae 2, cui ex Hierosolymitana expeditione cognomen *Hierosolymitani* adhaesit cuiusque hic mentio fit, filio uxor fuit Maria, testantibus Ungarorum annalibus, quam imperatoris Graecorum filiam fuisse affirmant; Anton. Bonfinius decad. 2 lib. 7. qui nomen patris exprimeret, praeter Eliam Reusnerum, vidi neminem. hic in Genealogico dicit fuisse Emmanuelis imp. filiam; in quo fallitur. ex Logotheta Mariam (Belae 4, ut opinor, coniugem) clare Theodori Lascaris fuisse filiam discimus. quare castigandus hic eius error, aliorumque fortassis, qui ipsum sequuntur aut quos ipse duces habet. Dousa.

ib. v. 10. *Ἄννην*] *Εἰρήνην* scribendum statim praecedentia et mox sequentia satis manifesto ostendunt, ut pluribus opus non sit ad vulgatam scripturam redarguendam ac convincendam. Dousa.

ib. v. 13. *Ἰωάννην τὸν Δοῦκα τοῦ Βατάτζη*] Ioannes Baptista Egnatius, Cuspinianus et alii hunc Iohannem, *Ducam Batatzem* cognomento, corrupte Iohannem *Diplobatazium* vocant. Dousa.

ib. v. 16. *ἠγάγετο δὲ ἐξ Ἀρμενίων*] huius Gregoras non meminit, qui scribit demortua prima uxore secundam duxisse sororem Roberti imperatoris Cpolitani p. 21 20. All.

p. 30 v. 10. *μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Νυμφαίου*] multa de expeditionibus Latinorum in Oriente narrat Choniata in Balduino. All.

ib. v. 19. *Νεοκάστρων*] Anna Comnena lib. 14. All.

ib. v. 22. *Μολδία καὶ ὀψίκια*] de themate *Obsequii* supra quaedam attulimus in notis; *Μολδία* videtur *Moldavia*. Dousa.

p. 31 v. 4. *Ἐρρῆς*] Balduini frater post mortem Balduini tenuit et gubernavit imperium Cpolitanum annum unum et menses quattuor absque imperatorio titulo: nemini enim, ita referente Niceta p. 847 7, popularium suorum regni inaugurationem condonare voluerunt, nisi Balduini morte explorata, quod summopere laudans Choniata in suos Graecos invehitur. All.

p. 31 v. 8. τὸ δὲ κοινὸν πλῆθος ὡς οἰκεῖον] Ephraemius in Chronico

μεθ' ὃν κατάρχει Λατίνων τῶν ἐν πόλει
κλῆσιν Ἐρρῆς σύναιμος ὢν Βαλδουΐνου,
ἀνὴρ ἱλαρός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
πρὸς δὲ στρατηγὸς εὐσθενής, τολμηρίας
ὀξύρροπός τε πρὸς μάχας ἀντιπάλων,
καὶ στρατιώτας γεννάδας ῥωμαλέους
Ἕλληνας ἄνδρας συντεταγμένους ἄγων,
ἐπίλεκτον φάλαγγα καὶ νικηφόρον. All.

ib. v. 11. ἐν γὰρ τὸ τῶν Λεαντίνων ἄστυ ὥστε καὶ σήτει φαγεῖν κατηνάγκασεν] corruptus locus. sensum qualemcunque expressimus. in quo tamen nobismet ipsis non satisfecimus. neque etiam amicis. quorum princeps Dusarumque ac Musarum amor, Petrus Scriverius, aliud suspicatus latere adhibuit familiarissimum sibi communemque amicum nostrum Danielem Heinsium; cui viro quid Graecae, quid Latinae debeant litterae, limatissimi eius ingenii immortales foetus summorumque ac eruditissimorum hominum de illo iudicia abunde testantur, et sentiet maximo cum emolumento posteritas. is coniectura ex tempore nata, et divina prorsus (ita me deus amet) divinatione, depravatissimum hunc locum ita interpolandum dixit: ἐν γὰρ τῷ τῶν Λεαντίνων ἄστει οὐ μόνον σπάνις ὕδατος τοὺς φυλάσσοντας ἐξέκαυσε, λιμός τε, ὥστε σκυτοφαγεῖν κατηνάγκασεν ἀπὸ ἀσπίδων καὶ ἐφεστρίδων αὐτῶν. hoc est: *in Leantinorum quippe oppido haud tantum aquae penuria praesidiarios urgebat ac fames, adeo ut clypeorum et sagorum coria manderent, verum etiam* etc. vel ad verbum *adeo ut clypeis ac sagis coria manducare cogerentur.* de cuius lectionis veritate ne dubita. Dousa.

p. 32 v. 6. λεγάτος vox Latino-Graeca, *legatus.* quae vox et apud alios Graecos scriptores occurrit. vide Glossarium Meursii. Dousa.

ib. Πελάγιον] fuit hic Pelagius episcopus cardinalis Albanus, legatus in Syria et Aegypto, ubi obiit, sub Honorio 3 pontif. Rom. presbyter cardinalis tituli, sive ecclesiae S. Praxedis. vide Onufrium Panvinium et Alfonsum Ciaconium in pontificum et cardinalium historia. Iacobus de Vitriaco Acconensis circa illa tempora episcopus in epistola ad Lotharingos suos, de captione Damiatae: *igitur nonis Novembris, salvatore mundi regnante, domino Petro Albanensi episcopo apostolicae sedis legato solenniter vigilante, anno gratiae* 1219 *capta est Damiata.* Petrum hunc eundem cum Pelagio credere quid vetat? an non et sic rescribendum? Pelagii Albanensis episcopi ac legati diserte meminit in eadem historia Oliverius scholasticus Coloniensis epist. ad Engelbertum archiepisc. Colon. et Matthaeus Paris Anglus in historia maiore ad annum 1219. aliique scriptores

consentiunt, tam veteres quam recentes; ex quorum numero videantur Paulus Aemilius Histor. Gallor. lib. 6 et Ubbo Emmius Rer. Frisicar. lib. 8, recentes quidem ambo sed elegantes et accurati scriptores. verum Ubbo noster variare auctores in pontificii legati nomine annotat, quosdam Pelagium, quosdam Columnam ingerentes, Blondus Histor. Decad. 2 lib. 7, Bonfinius Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 7, et alii cardinalem Columnam hic agnoscunt. Cuspinianus (Platinam in vita Honorii 3 sequutus) in Petro Antisiodorensi imp. Cpolitano: *est tum Iohannes cardinalis de Columna legatus declaratus* (*ab Honorio pontifice*) *ad Asiae res reformandas, cum copiis ab Innocentio excitatis.* de Pelagio Anonymus historiae Orientalis et captae Damiatae scriptor apud Vincent. Bellovacens. Spec. Histor. lib. 31 cap. 138: *Damiata multis laboribus capta et per annum vel amplius a nostris possessa, postmodum Pelagio cardinali et legato Templariis et Hospitalariis totoque exercitu Christianorum, excepto rege Hierusalem Iohanne, qui ob quandam discordiam inter ipsum et legatum motam ab exercitu recessit, a Soldano per infortunium captis et graviter afflictis, reddita est paganis.* discordiae huius fomitem an fontem, nisi fallor, satis liquere existimo ex historia Pauli Aemilii, quem vide loco supra citato; et ex eo Meyer. ad annum 1221. Dousa.

p. 32 v. 6. Pelagius cardinalis Albanensis episcopus legatus ab Innocentio III Cpolim mittitur, summa auctoritate instructus, ut Graecos, qui Latinis parebant, a schismate abduceret atque ad ecclesiae sinum revocaret. narrat hoc idem Sabellicus Ennead. 9 lib. 5: *Henricus imperator Christianae pietatis observantissimus se adiutorem praebuit Romani pontificis, legato ad hoc Byzantium misso, ut Graecos subigeret ad Romanae ecclesiae ritum suscipiendum. vix ea res moveri coepta est, cum seditio ingens civitatem invasit, Graecis reclamantibus imperatoris officium esse arma curare, non sacra; satis superque a se datum, qui suam passi essent ecclesiam Romanae subiectam renuntiari. Henricus relictis cum sua pertinacia Graecis ad imperii constitutionem convertitur.* id tamen non Graecorum pertinacia, sed legati imprudentia et nimio in rebus exequendis ardore factum esse, colligi potest ex aliis quoque huiusce Pelagii actionibus. nam *plerique omnes*, ut narrat Spondanus anno 1221 num. 19, *Damiatae amissionis dedecus in Pelagium reiiciunt, qui contra omnium militarium ducum sententiam, ipse earum rerum inexpertus, alienissimo tempore vi censurarum adversus sultanum castra movere inconsulte coegerit, et tantum non ignavissimae morti vel turpissimae servituti florentissimum Christianorum exercitum obiecerit, quo vel tum universam Syriam et Palaestinam, et commodiori tempore etiam Aegyptum et Babylonem totumque Orientem subiugare facillimum fuisset.* nec minus hac

sua legatione asperius functum fuisse, adeoque neque apud imperatorem neque apud Graecos aliquid profecisse tradit idem Spondanus anno 1213 num. 24. All.

p. 32 v. 7. ἐρυθροβαφῆ] ex rerum Latinarum ignoratione factum est ut Acropolita, quod ex more illius gentis esset, ad fastum et insolentiam traheret. quis enim nescit rubra indumenta et reliqua cardinalium supellectilis rubro colore infici. non tamen inde sequitur, quicunque apud eam nationem rubris utuntur vestibus, cardinales esse, ut nugacissime argutatur Zacharias Gergenus in sua Catechesi, qui cum vidisset papam in sede deferri ab hominibus rubris amictis vestibus, inconsiderate et plane ridicule enuntiavit *papam cardinalium quattuor humeris subvehi satellitio stipatum*, τὸν βαστάζουσι τέσσαρες καρδινάλεις μὲ δορυφόρους. All.

ib. v. 15. τὸν πάπαν πρῶτον ἀρχιερέα] nempe iam olim de primatu contentio fuit inter Romanum pontificem et patriarcham Cpolitanum; quam decidit Iustinianus et Romae Cpolim subiecit. patet ex Novella 131. fecit idem Phocas rogante Bonifacio Pontifice; de quo Paulus Warnefridus de Gest. Longobard. lib. 4 cap. 37. Romanusque pontifex semper primatum asserere studuit, reclamante licet et multum repugnante patriarcha, donec sub Balduino Flandro capta urbe fugatoque patriarcha Graeco, Venetoque Thoma Mauroceno (primo ex Latinis patriarcha) electo, *Orientalis ecclesia, cuius olim metropolis erat Cpolis, cum imperatore et universo imperio eius capiti suo Romano pontifici, sicut fuit antiquitus renodata, Romanae ecclesiae sese esse filiam recognosceret; ipse etiam patriarcha huic aspirans operi et applaudens, se dignitatis suae pallium a summo Romano pontifice recepturum promitteret.* verba sunt Henrici (qui Meyero est Hugo) comitis de Sancto Paulo, ex epistola scripta Cpoli, quam annalibus suis inserit Godefridus monachus; qui extat Rerum Germanicarum tomo Freheriano primo. haec acciderunt anno 1203. sed statim, ut videtur, dissiluit haec concordia, iugumque Occidentale detrectarunt Orientales. quo nomine haec ad ipsos a pontifice Romano videtur instituta legatio, de qua insignis Logothetae locus. sed Pelagius legatus surdis occinit, favente Cpolitanis imperatore Henrico Balduini fratre. quanquam anno 1215, tempore Concilii Romani, *Orientalis ecclesia, quod antea inauditum fuit, se subditam Romanae ecclesiae exhibuit. nam Cpoli duo in patriarcham electi Romam venerunt, quos ambos papa consilio cardinalium deposuit, et tertium substituit et investivit et ad sedem propriam remisit.* refert idem monachus in Annalibus. Dousa.

ib. τούτου τὴν μνήμην ἐν ἱεροτελεστίαις ἐκφωνεῖν] hac de re, nempe ut in sacris hymnodiis Graecorum papae Ro-

mani mentio fieret et memoria coleretur, diuturna, ut et de primatu (de quo iam diximus), contentio fuit inter ecclesiam Romanam et Cpolitanam, duravitque ea ad tempora Michaelis Palaeologi, sub quo composita controversia illa unitaeque ecclesiae, etsi neque ista unio perseveravit. haec tria tum paciscebantur, primo ut a Cpolitanis in hymnodiis papae Romani cum quattuor patriarchis mentio fieret, secundo ut liceret cuivis Romam veterem tanquam maius tribunal provocare, tertio ut papae Romano in omnibus deferretur principatus. auctores Nicephorus Gregoras Histor. Byzant. lib. 5, Georgius Phranza Chronici Orientalis lib. 1 cap. 6, Georgius Pachymerius in Excerptis Histor. lib 5, aliique. sed non steterunt postea hoc pacto Graeci, et pontificis memoriam dedignati sunt: idcirco monet Palaeologos in epistola cardinalis Bessarion, inculcatque τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα. vide eruditissimum Meursium in Glossario voce πατριάρχης, et in notis ad epistolam illam Bessarionis Graeco-barbaram, una cum illustris Hesychii opusculis nuper editam et doctissime explicatam. Dousa.

p. 33 v. 9. de monachis et hieromonachis distincte suis locis notavit edecumata quaedam idem doctissimus amicus noster in Glossario. vide in ἱερομόναχος et μοναχός. Dousa.

ib. v. 16. τούτου δὲ τελευτήσαντος] Henrico succedit Robertus, vir non adeo fortis et acris et magni animi dux. Ephraemius in Chronico

τούτων κατάρχει Ῥομπέρτος Βυζαντίδος,
πράγμασι κοινοῖς μαλακῶς κεχρημένος
μετ' Ἐρρῆν κατάρξαντα τὸν τεθνηκότα
Ἄρειον ἄνδρα καὶ πάνυ ῥωμαλέον. All.

ib. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ῥομπέρτος] quod auctor hic dicit Robertum Henrici fratrem fuisse, id vero falsissimum est. imo nepos fuit ex Iolanta sive Yolanthide, sorore ipsius (filiam quoque perperam vocat Io. Baptista Egnatius et Cuspinianus) nupta Petro Cortenaeo comiti Auxerrae sive Antisiodorensi, qui et ipse imperator fuit et cui successit Robertus. aliud egit itaque Logotheta, si ita scripsit. nam supra disertis verbis dixit Petrum ex Iolanta Balduini sorore propagasse Philippum Robertum et Balduinum, Robertumque ac Balduinum ipsi in imperio successisse, cedente ultro Philippo maximo natu. aberravit igitur hic eius mens, an manus? nisi culpa haec reiicienda sit in librarios; de quo me amicus meus summus, antiquitatis illustrandae et historiae vindicandae studiosissimus, Petrus Scriverius submonuit, nempe hic scribendum ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ, id est nepos ex fratre vel sorore, vel forte ὁ ἀδελφόπαις pro eodem. vide Eustathium Pollucem aliosque lexicographos. Constantinus Manasses

in opere historico versibus politicis concepto vocat Iustinum τὸν ἀδελφόπαιδα Iustiniani:

ἔνθεν τοι μέλλων τελευτᾶν καὶ γῆθεν μεταβαίνειν
ἐπὶ τὸν ἀδελφόπαιδα βλέπει τὸν Ἰουστῖνον.

elige utrum malis. sane evidentissimus error (Scriverii verba sunt) in loco tam conspicuo tolerari non debet. DOUSA.

p. 33 v. 17. Ῥομπέρτος] videtur Robertus hic in imperio administrando fuisse tenerior, amoribusque et otio indulsisse. cui opinioni Paulus Aemilius subscribit lib. 7, ubi verba eius sic habent: *Robertus Altissiodorensis Graecorum Augustus virginem nobilitatis Byzantiae formosissimam, sed quae desponsa iam fuerat Burgundioni cuidam iuveni florentissimo, sibi matrimonio consociavit, matre puellae autore, laetaque his multo splendidioribus nuptiis. laetitia in necem vertit. Burgundio iniuria magis irritatus quam Caesaris nomine deterritus, manu coacta in domum socrus irruptione facta, novam nuptam auribus desectis, truncis naribus deformavit, anum mari proximo mersit* etc. tragicum hoc exemplum etiam Ioan. Baptista Egnatius, Cuspinianus aliique commemorant, ita ut videatur Robertus fuisse Veneris quam Martis studiosior. sane hoc loco noster paucis eius indolem moresque denotat quasi degenerantis a virtute maiorum. Balduinus 1 ita se gessit, ut ipsis ab hostibus Latini nominis praeclarissime laudatus sit. nam hunc Nicetas ita commendat: *vir erat pius et modestus, ne impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quamdiu ab sua coniuge abfuerat* (in hac parte vel ipsi Scipioni praeferendus). *vacabat divinis laudibus, necessitatibus conflictantes sublevabat. suae sententiae advertantes aequo animo audiebat. et quod maximum est, bis qualibet hebdomade vesperi proclamari iubebat ne quis in suo Palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.* rebus humanis valedixisse perhibetur Robertus anno 1228, imperii annis 7 vixdum expletis. DOUSA.

p. 34 v. 7. nota Acropolitam unum filium masculum octennem Theodoro tribuere ex Armenia uxore susceptum, Gregoram p. 24 3 nullum illum habuisse asserere. ALL.

ib. v. 13. ἔτη δεκαοκτὼ] Gregoras p. 24 1. ALL.

ib. v. 16. μοιχείας] elegans sane et quantivis pretii divinatio Scriverii nostri, legentis μάχας. cui suae emendationi hunc Nicephori Gregorae locum apponebat, Rom. Histor. lib. 2 cap. 1: ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις ὀξὺς μὲν ἦν τὴν ὁρμὴν καὶ ἀνυπόστατος, καὶ πλείστας μὲν προκεκινδύνευκε μάχας, πλείστας δ' ἀνώρθωσε πόλεις καλλίσταις οἰκοδομαῖς καὶ πολλοῖς ἀναλώμασιν, ἀνασοβῶν καὶ ἀναχαιτίζων διὰ τούτων τὴν τῶν Λατίνων ὁρμήν. *imperator vero Theodorus Lascaris celerrimus fuit atque invictus, et plurimis praeliis spectatus, plurimasque urbes pulcherrimis aedificiis magnisque sumptibus ad retardandum et*

repellendum Latinorum impetum instauravit. elogium prorsus idem quod tribus verbis extulit Logotheta. Dousa.

p. 34 v. 17. περὶ τὰς μάχας ὀξὺς θυμοῦ τε] Gregoras lib. 2 p. 24 6. All.

p. 35 v. 6. de hisce patriarchis, Manuele Maximo Michaele Theodoro, Cpolitanis, Nicaeae tamen sedentibus, diximus nonnulla in opere nostro de perpetua utriusque ecclesiae, Occidentalis et Orientalis, consensione, ex quo lector petat, si lubet. All.

ib. v. 9. Κωσμᾶς] in Notitia patriarcharum Κουσμᾶς dicitur. Dousa.

ib. μετ' ἐνιαυτοὺς ϛξ] Notitia patriarcharum tradit vixisse tantum annum 1 menses 4 dies 8. Dousa.

ib. v. 10. Μάξιμος μοναχός] hic antea praeerat monasterio τῶν Ἀκοιμήτων, ut est in Notitia patriarcharum. Dousa.

ib. v. 13. μῆνας ϛξ] Notitia patriarcharum tradit menses 8. Dousa.

ib. v. 14. ὁ Μανουήλ] hic est Manuel Charitopulus in Notitia patriarcharum. Dousa.

ib. v. 18. Βορίλα] dixit supra ut occupaverit Bulgarorum imperium, c. 13. All.

ib. v. 19. de fuga Ioannis Asani filii supra agit Acropolita c. 12 et 13. All.

p. 36 v. 18. de purpureis imperatorum calceis vide quae Meursius fuse in Glossario, in τζάγγαι. meminerunt passim Nicetas et Cantacuzenus. vide et Zonaram in Nicephoro Botaniata et Alexio Comneno. ex Procopii loco, quem vir clarissimus in Glossario adducit, videmus eos ad genua usque pertigisse. hinc Ville-Harduinus: *Morchufles caucha les heuses vermoilles.* et quemadmodum idem amicus ille noster ibidem docet ex Iohanne curopalate in Tzimisce, habebant quoque ius huiusmodi calceorum reges Bulgariae, qui videntur imperatores appellati fuisse. quo nomine ac titulo Asanum Bulgarum cohonestat Hungariae rex Andreas 2, cognomento Hierosolymitanus, in epistola ad Honorium 3 pontif. Rom. *huius intentionis studio, ut securum peregrinationis, divino fulti consilio, pararemus transitum, filiam* (Mariam) *Comnini Theodori Lascari filio nostro* (Belae 2) *duximus in uxorem. eodem etiam animo inter Azen Bulgariae imperatorem, mediante nostra filia, matrimonium celebravimus.* cuius loci me commonefecit Scriverius noster, ut et notae sequentis, Logothetam nempe nostrum Bulgarum semper βασιλέα nominare, pari titulo cum imperatoribus Cpolitanis, cum abstineat in aliarum regionum dominis, nec alio nomine quam regis aut principis dignetur. τῆς Οὐγγρίας ῥήξ, Σικελίας ῥήξ, Ἀχαΐας πρίγγιψ. Iohannem etiam τὸν ῥῆγα vocat, cum Hierosolymorum, uti et nos eum vulgo vocamus, regem intelligeret. quippe

vocabulo *βασιλεύς* quiddam amplius et maius significare voluit quam nos voce *rex* significare consuevimus. et quanquam Graeci regem *βασιλέα* dicunt, nihilominus eodem vocabulo imperatorem etiam Romanum et Augustum exprimunt; vix unus et alter veterum *αὐτοκράτορα* appellant. quamobrem quoties in hac historia vox *βασιλεύς* de Bulgarorum rege et Graecorum principe occurrit (occurrit autem passim), non *rex* sed *imperator* reddenda est. in quo (fatendum est) negligentiores quam par erat fuimus. sane Bulgarus *βασιλεύς* appellatus iam ab antiquo et Nicephori Phocae tempore: constat ex Luitprandi legatione ad illum ipsum imperatorem instituta circa annum 968. *cum, inquit, Christophori filiam Petrus Bulgarorum vasileus coniugem duceret.* notanda quoque quae ibidem leguntur: *de imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati: ipse enim vos non imperatorem, id est βασιλέα sua lingua, sed ob indignationem ῥῆγα, id est regem, nostra vocabat. cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum.* vide praeterea Glossarium Meursii in *βασιλεύς* et *ῥήξ*. Dousa.

p. 36 v. 14. *πορφυρίδα τε*] ex Acropolita videtur excerpsisse sua Gregoras p. 26 6. All.

ib. *Κωνσταντίνου τοῦ Μεσοποταμίτου*] fuit huius apud Isaacium Angelum imperatorem summa familiaritas. Choniata p. 691 22. Alexio vero illius fratri et ante principatum invisus et post eum parum gratus, quod plurima in Romana re publica movisset et omnia conturbasset, artibus tamen Euphrosynes Alexii uxoris Alexio reconciliatus, summa rerum ad illam devoluta, caeterorum auctoritas et cognatorum quoque imperatoris potentia elanguit; et qui dudum ab imperatore pro nihilo putabatur, nunc omnia poterat, et erat unus instar omnium; unus omnia recte statuere, unus omnium moribus se accommodare, omnia omnibus pro dignitate posse tribuere existimabatur, et ab imperatoris latere non discedebat. qui vero potentia exciderant, aegre ferebant, tum cognati imperatricis, Andronicus Contostephanus, cui Irene illius filia nupserat, et frater illius Basilius Cameterus; qui bilem suam contra imperatricem evomuerunt, et imperatori ad Occidentem abituro plura referunt: se plus Alexium diligere, e cuius salute propria quoque salus pendebat, quam Euphrosynem citra ullam verecundiam in turpissima facinora delabentem et adulteriis thalamum inquinantem. nam cum quo impudenter concumbit, eum etiam ad imperium erectum velle. quare potentia mulieris restringenda, amator e medio tollendus, ne posthac simile piaculum admittatur. dictis indignatur graviter imperator, et post Batatzii adolescentis caedem, regiis spoliatam vestibus in Nemetarium, muliebre monasterium circa Ponti fauces situm, imperatricem abduci iubet. post sex menses Euphrosyne delatorum novis conatibus et Constantini Mesopotamitae

artibus revocata, maiorem quam antea potentiam obtinuit, et maritum a se abalienatum miris blanditiis reconciliavit. Constantinus vero Mesopotamita illius aetatis vertumnus et homo callidissimus et versutissimus ob dominae reditum magis ac magis insolescebat, cum posset omnia apud imperatorem. hinc caniclei officium, quod ab Isaacio obtinuerat ac rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius renuit, sed ex lectore diaconum se creari voluit, ut dignitates etiam ecclesiasticas contrectaret. simulat deinde se imperatori non amplius operam navaturum: neque enim permittere canones eundem et deo sacra facere et civilibus negotiis implicari. quare cogitur patriarcha Xiphilinus ut Mesopotamitae, simul et deo et imperatori, et templo et palatio sine fraude canonum inservire liceat, privilegio concedat. nec multo post Thessalonicae pontifex designatur. verumtamen cum cupiditati suae nullum modum statueret, sed vellet laeva templum dextera palatium tenere, fratres suos tanquam clavos et vectes inserebat, ac potius velut inaures de utraque imperatoris auricula suspendebat, ut si quando ecclesiasticis conventibus interesset, nullum dictum aut factum ignoraret, nec quisquam locum suum se imprudente occuparet. Thessalonicam profectus et vix solio collocatus summa cum festinatione Byzantium rediit, et uno digito regebat omnia. sed his cum fieret omnibus exosus, aulicorum criminationibus apud imperatorem impetitus de fastigio illo rerum deturbatur; nec excutitur tantum palatio, sed pontificatu etiam deiicitur, et qui malis artibus ad primarias functiones ecclesiasticas usurpandas pervenerat, primariorum conatibus de solio deiicitur. et hoc modo Mesopotamita Constantinus et duo eius fratres ab administratione rei publicae et ecclesiae removentur, et alii succedunt. All.

p. 36 v. 18. *Δημήτριος*] hunc archiepiscopum Iacobum vocat Pachymerius Histor. lib. 2. All.

ib. v. 19. *τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα*] praeter honorem illum de quo iam verba fecimus, quod Bulgarorum princeps *βασιλεύς* appelletur, legati quoque eius omnium gentium legatis praeponebantur; quod ex Luitprando liquet. cuius totum ea de re locum hic adscribam: *cumque indignans abire vellem, Leo coropalates imperatoris frater et protoasecretis Simeon pone me sequuntur, haec latrantes: cum Christophori filiam Petrum Bulgarorum vasileus coniugem duceret, symphona, id est, consonantia scripta iuramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis, id est nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli praeponantur, honorentur, diligantur.* praeterea Bulgariae archiepiscopus *αὐτοκέφαλος* supremum in ecclesias suas ius habebat, neque patriarchae Cpolitano aut ulli alii subiectus erat. fidem faciunt Theophylactus in epistol. et Balsamon in

Privileg. patriarch. vide Meursii Glossarium in *αὐτοκέφαλος*. hactenus de privilegiis Bulgarorum. pergamus. Dousa.

p. 36 v. 20. *αὐτόνομος*] de autonomia archiepiscopi Bulgariae plura diximus in syntagmate nostro de perpetua utriusque ecclesiae, Occidentalis et Orientalis, consensione lib. 1. All.

p. 37 v. 1. *σεβαστοκράτορας μεγάλους τε δομεστίκους*] de his dignitatibus consule Glossarium Meursii in *σεβαστοκράτωρ* et *δομέστικος*. Dousa.

ib. v. 2. *ὀφφικίων*] vox iterum Latino-Graeca, *ὀφφίκιον* *officium*, qualis supra *ὁ λεγάτος legatus*, et infra *κομμέρκιον commercium*, *μποτεστάς potestas*, et caetera suis locis annotanda. vide Glossarium Meursii. Dousa.

ib. v. 16. *οἱ σεβαστοκράτορες*] historiam fuse prosequitur Gregoras p. 25 1. All.

ib. v. 22. *ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς*] hinc pelluntur ineptiae pene aniles Volaterrani, quas ille maximas agit lib. 23: Ioannes Batatzes *apud Zacynthum imperii titulum extra patriam annos triginta quattuor tenuit. huic filius Theodorus Lascaris nomen avi materni referens fuit. quem Ioannes e vita decedens Michaeli Palaeologo, viro in armis strenuo, quo duce et administratore utebatur, commendavit. ille expulsis Latinis, pupilloque luminibus orbato et in carcerem coniecto, imperium sibi per nefas vindicavit.* Batatzes Nicaeae imperium tenuit et administravit, non Zacynthi, quem oculis suis, dum imperio potiretur, vidit, nec intueri licuit. nunquam Batatzes Michaeli Palaeologo Theodorum commendavit, neque Theodorum filium Ioannem, sed Theodorus moriens filium suum Ioannem Georgio Muzaloni et Arsenio patriarchae. obtruncato deinde Muzalone filius Theodori Ioannes ab Arsenio et universo senatu Michaeli Palaeologo commendatus est. falsum est praeterea Batatzem Michaele Palaeologo duce et administratore usum fuisse, quod verissimum fuerit de Andronico Palaeologo Michaelis patre. qui tandem luminibus orbatus est a Palaeologo, non fuit ipse Theodorus, sed filius Theodori Ioannes, quo ille pupillo decesserat. hunccine hominem tantis delectatum esse nugis in paucissimis verbis? All.

ib. Michael hic archistrategus, cui in Poemaneno a Iohanne Batatze Graecorum imp. templum exstructum dicit Logotheta, est Michael archangelus, cuius apud Graecos multa veneratio est magnoque in honore eius memoria. hunc *τοῦ ἀρχιστρατήγου* nomine afficiunt Graeci quasi principem Angelorum et caelestis militiae ducem. Michael Glycas Annal. part. 4: *quoniam imp. Basilius Michaelem illum temulentum interfecerat, placandi dei causa multis per urbem locis novas aedes Michaeli principi copiarum caelestium duci exstruxit.* Emmanuel imp. Novella de feriis: *feriamur, inquit, sexta Septembris,* ὅτι ἐν

αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται, *quia illa die commemoratio agitur miraculi, quod a Michaele archistratego Chonis patratum est.* vide Menologia Graecorum hoc die et octavo Novembris. huius festivitatis cum alii tum Zonaras tom. 3 Annal. meminit in Isaacio Comneno. templorum numini eius dedicatorum et Michaelis nomine nuncupatorum cum alii multi tum Cedrenus in Basilio Macedone meminit, monasterii τοῦ ἀρχιστρατήγου ad Bosporum alicubi Nicephorus Gregoras lib. 5 cap. 1. videndus et Nicetas lib. 7 de imp. Manuelis gestis, item lib. 3 vitae imp. Isaacii Angeli, aliique passim. fuit et inter imperatoris flammeola, Codino curopalata teste, unum archistrategi nomine dictum, ab imagine videlicet τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαήλ. vide, et interpretem corrige. Dousa.

p. 39 v. 9. τριήρεις τε κατεσκεύασε] haec fusius narrat Gregoras p. 28 20. All.

p. 42 v. 15. Πετραλίφα] meminit quattuor fratrum Petraliapharum, oriundorum ex Francorum gente, Nicetas sub Manuele Comneno libro 2. Dousa.

ib. v. 20. Σταγείρας] Choniata Isaacii Angeli lib. 3. urbium ac regionum nomina in alia atque alia mutata certum est et indubitatum apud omnes. plurima alii suis notis vel commentariis adnotarunt. nos in eruditorum gratiam, eorumque potissimum qui recentiorum Graecorum historias legunt, exscribemus hic schedulam nobis Venetiis ex ms Graeco codice per virum fide doctrina officio et religione praestantissimum, Angelicum Aprosium Vintimilliam, transmissam; ut scias cui debeas hoc, qualecunque sit, eruditionis munusculum. περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων. Ἀμαὶ πόλις ἡ νῦν Χρυσούπολις. Ἀπία ἡ νῦν Κορώνη. Ἀπολλωνία ἡ νῦν Ἱεριssός, ἥτις καὶ Ὄλυνθος ἐλέγετο. Ἄργος Θετταλικὸν ἡ νῦν Λάρισσα. Ἀσία ἡ Ἔφεσος. Πτολεμαῒς ἡ Φιλαδέλφεια. Ἀχαΐα ἡ νῦν Πάτρα. Βοιωτία ἡ νῦν Λιβαδία. Βεριούπολις ἡ νῦν Στρούμπιτζα. Βελεντιούπολις τὸ νῦν Βελεβούσιον. Ἑλισσὸν ὁ Ἐλασσών. Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυρράχιον. Εὐρώπη ἡ δύσις πᾶσα. Ἡράκλεια ἡ νῦν Πελαγωνία. Θεούπολις ἡ νῦν Προῦσα. Θέρμη ἡ Θεσσαλονίκη, καὶ Ἡμαθία. Ἰλλυριοὶ οἱ Ἀλβανῖται. Ἰλλυρικὸν τὸ νῦν Κάνικον καὶ ἡ Σέρβια. Κετταῖοι οἱ νῦν Μακεδόνες. Κιλικία ἡ Ἀρμενία. Κίλιξ ὁ Ἀρμένιος. Κολοσσαὶ αἱ Χῶναι. Ὀδρυσὸς καὶ Ὀρεστία ἡ νῦν Ἀδριανούπολις. Ὀρθαγορία ἡ νῦν Μάκρη. Ὀλυμπία ἐν Ἀρκαδίᾳ. Πήδασος ἡ νῦν Μεθώνη, ἧς πλησίον Χερρόνησος, ἥτις καλεῖται Πύλος, ἡ πατρὶς Νέστορος, νῦν Ἀβαρῖνος. Πύδνα τὸ Κίτρος. Ποτίδαια ἡ νῦν Κασσάνδρεια, ἤτοι ἡ Βέρροια. Ῥοδόπη ἡ Φιλιππούπολις. Σίρμιον ἡ νῦν Οὐγγρία, πρώην δὲ Γήπεδον. Φωτικὴ ἡ νῦν Βελᾶ. Ἑλλὰς ἡ νῦν ὀνομαζομένη Πελοπόννησος. Εὔβοια ἡ Εὔριπος. adde etiam ex Anna Comnena Μονόλυκος ποταμὸς ὁ νῦν

Βαρηνός. Λιχνῖτις λίμνη ἡ νῦν Ἀχρίς. Τέμπη αἱ νῦν Κλεισοῦραι. Κρηνίδες ἡ νῦν Φιλιππούπολις. Τριβαλλοὶ οἱ νῦν Σέρβοι. Choniata *Κολωνία ἡ νῦν Τάξαρα. Σαρδικὴ ἡ νῦν Τριαδίτζα. Τόππη ἡ νῦν Ἄκε.* Ioanne Stauracio *ὄρος τὸ Ἄθως τὸ νῦν Ἅγιον ὄρος.* Ioanne Tzetze *Μαίονες οἱ νῦν Βούλγαροι.* Pachymerio *Τοχάριοι οἱ νῦν Ἀτάριοι.* Ioanne Lydo *Ἀνακτορία ἡ νῦν Μίλητος. Ὑποπλάκιος Θῆβαι τὸ νῦν Ἀτραμμύτιον.* Georgio Acropolita *Εὖρος ὁ νῦν Μαρίτζα. Ναξειὸς ποταμὸς ὁ νῦν Βαρδάριος.* Nicephoro Gregora *Ταινάρια ἄκρα ἡ νῦν Μαίνη.* ALL. *)

p. 43 v. 19. *μέγας ἑταιρειάρχης*] de hac dignitate vide Glossarium Meursii in *ἑταιρεία καὶ ἑταιρειάρχης*. DOUSA.

p. 44 v. 4. *μέχρι καὶ τῶν πυλῶν τῆς Κ.*] Gregoras p. 27 16 et 28 5. ALL.

ib. v. 18. *ὁ μὲν οὖν Ἄγγελος*] brevius Gregoras p. 28 9. ALL.

p. 45 v. 12. *τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον*] pleraque similia exempla apud alios historicos invenies, quibus cognoscitur rem male cessisse periuris: neque enim fidem frangit homini, qui iureiurando foedus et pacta constabilita amolitur, sed deo, qui has iniurias pulchre ulciscitur. cf. Nicephorus patriarcha in Breviario historico p. 24 D ed. Lupar., de Iustiniano filio Constantini. ALL.

p. 46 v. 9. *τῆς μεγάλης Βλαχίας*] Thessaliae nempe montana, quae magna Blachia dicebantur. Nicetas in Balduino p. 841 13. hinc illius regionis accolae *Μεγαλοβλαχῖται* vocantur a Pachymerio lib. 1 cap. 30. ALL.

ib. v. 20. *παρὰ Ῥωμαίων ἐφιλεῖτο*] hinc plures eiusdem laudes et praeconia apud Graecos posteriores. ALL.

p. 47 v. 6. *νεωτερισμοῖς χρᾶσθαι πεφώραται*] Acropolita non statim post pugnam excaecatum fuisse a Bulgaro Theodorum, sed domi postquam illum excepisset humanissime, cum Theodorus post etiam accepta beneficia res innovare deprehensus esset. Gregoras l. l. rem videtur aliter narrare. et Richardus e sancto Germano in Chronico: *eodem mense Aprili in Graecorum imperio factum est praelium inter Graecos, in quo Comnenus captus est et utroque lumine orbatus.* ALL.

ib. v. 22. *ὁ ἀδελφὸς*] Balduinum fratrem Roberti facit Acropolita, Matthaeus Parisius in Histor. Anglic. filium. in eo concordant eum fuisse puerum nec ferendo oneri parem. sic quoque historici Latini. ALL.

p. 48 v. 13. *ξυνέθετο γοῦν ὁ ῥὴξ*] Richardus a S. Germano in Chronico: anno 1231 *rex quondam Hierosolymitanus apud Reate ad papam vadit, de cuius assensu obtinet ut cum filio imperatoris Cpolitani de filia sua contrahat, et ipse sit curator*

---

*) cf. Bandur. animadvers. in Constantini Porphyrog. de them. l. 1 p. 10.

imperii, donec in maiori constitutus aetate perveniat ad legitimam. mare apud Venetias intrans vadit collato exercitu Cpolim. ALL.

p. 49 v. 8. *δύο ἐνιαυτοὺς*] hoc duorum annorum intervallo Ioannem regem in Galliis exercitum comparasse et in Italiam se ad pontificem contulisse Reate, tandem Venetiis copias imposuisse navibus et Cpolim applicuisse, scribit Gregorius Nonus in Regestis. ALL.

p. 50 v. 7. *τῆς ἐγκυκλίου*] Anna Comnena lib. 5 Histor. *τοῖς προϊσταμένοις τὴν ἐγκύκλιον παιδεύεσθαι παιδείαν*, et *ταῦτα δὲ λέγω ἀχθομένη διὰ τὴν παντελῆ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως ἀμέλειαν.* encycliam eruditionem improprie hic Grammaticam intelligit noster Acropolita, licet alii aliter exponant. cf. Tzetzes Chiliad. 2 v. 522. ALL.

ib. v. 21. *ὁ ῥήξ*] de hac voce Glossarium Meursii in *βασιλεύς* et *ῥήξ*. DOUSA.

p. 52 v. 15. *ἐγεννήθη γὰρ αὐτῷ*] eadem prosequitur Gregoras p. 29 15. caetera conveniunt. intersunt tamen inter Gregoram et Acropolitam: nam in Gregora legati ex Bulgaris veniunt, in Acropolita ab imperatore mittuntur; in Gregora filia Bulgari Helena decennis est, in Acropolita novennis. ALL.

p. 53 v. 8. *Θεόδωρος*] legi nescio quid huius Theodori, sed memoria non suggerit quodnam illud fuerit: ad res tamen mathematicas spectasse suspicor. ALL.

p. 54 v. 3. de Blemmide pluribus alibi egimus. edita sunt illius Philosophica et Logica, et orationes duae de processione spiritus sancti per me in Latinum versae. multo plura sunt in bibliothecis. penes me sunt eiusdem oratio, *ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα*, et historia de sancto Paulo et aliis patribus, qui in Latro monte solitariam vitam egerunt, elegantissime et ad antiquum succum conscripta. in Vaticana legitur eiusdem *λόγος ὃς ἐπεστάλη τῷ βασιλεῖ, βασιλικὸς κληθεὶς ἀνδριάς· ἔστι δὲ καὶ μοναστaῖς καὶ παντὶ σπουδαίῳ λυσιτελής.* principium: *νόμος ἀρχῆθεν συμβαίνων τοῖς πράγμασι τοὺς ὑπηκόους εἰσφέρειν τῷ βασιλεῖ.* ALL.

p. 55 v. 1. *ὁ Τρινόβου ἀρχιερεύς*] Acropolita *ὑπὸ τῶν Κωνσταντινουπόλεως τελῶν*, Gregoras *τῷ τέως ὑπὸ τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῆς πρώτης τελῶν Ἰουστινιανῆς.* et consentit Ephraemius in Chronico:

τῷ τηνικαῦτα ποιμενάρχης Τρινόβου,
τῷ Βουλγαρίας ὑποκείμενος θρόνῳ,
οὐκ οἶδ᾽ ὅπως κέκριτο συνόδου κρίσει
θεσπίσματί τε τοῦ κρατοῦντος Αὐσόνων
τιμὴν πατριάρχου γε καὶ κλῆσιν ἔχειν,
κήδους τινόντων τῶν κρατούντων οἱ χάριν.

Acropolita memoriae lapsu vel parum rebus ecclesiasticis intentus

haec de Ternobi episcopo scripsit. de Ternobi autonomia nos etiam alibi. Ternobum porro omnium Haemi urbium munitissimam et praestantissimam dicit Choniata, in montis vertice sitam, firmis circumdatam moenibus. All.

p. 55 v. 9. τὴν δυτικὴν] Gregoras p. 30 6. All.

p. 56 v. 15. ἔφημεν] cap. 31. All.

p. 58 v. 8. Σκυθῶν] cum Ioannes Ducas rerum potiretur, maxima Scytharum multitudo ab Hyperboreis effusa ad Caspium mare descendit, et eorum duce Sitziscane defuncto filii eius Chalaus et Telepuges exercitus dividunt. Chalaus Caspium et Iaxartem fluvium ad Septemtrionem relinquens per inferiorem Asiam descendit: Telepuges limitibus imperii sui constitutis meridiem versus Caucasi cacuminibus et deinceps mari Caspio, per Massagetarum et Sauromatarum regionem proficiscitur, subigitque gentes omnes quae Maeotidem paludem et Tanaim accolebant. deinde Tanai superato adversus Europaeas gentes multas ac varias et ex iisdem Scythis ortas impetum facit, quae impressione illa perterritae mutandas sibi sedes censuerunt: neque enim illis satis fiduciae ad resistendum erat, sed omnes et gentes et urbes trepidabant et velut spicae in area terebantur. unde et hi Scythico bello desperato pellibus palea plenis pro ratibus usi cum uxoribus et liberis Istrum transierunt, nec brevi tempore in Thracia oberrarunt, idoneam sibi coloniam quaerentes, decem milibus haud pauciores. ex Gregora. All.

ib. v. 9. de Tartarorum colluvie et barbarie varii varia scripserunt, Haithonus Armenius in Orientali historia, Marcus Paulus Venetus in itinerario, Alexander Gagninus in Sarmatia Europaea, et complures alii. omnium luculentissime Vincentius Beluacensis in Spec. Histor. lib. 31 et 32 ex Simone de Sancto Quintino et Iohanne de Planocarpi; quaedam etiam ex historia Tartarorum. hos Vincentii auctores secutum video Ant. Bonfinium Rer. Ungar. Decad. 2 lib. 8, ubi statim in initio de mirandis Tartarorum moribus nonnulla praemittit, Ungarorum gesta cum ipsis bella post commemoraturus. illic vide, si fortasse ulla tibi lubido est cognoscendi bipedes nequissimos, homines, ut ita dicam, non homines, aut potius magna parte belluas, si vera sunt quae de iis vulgo traduntur ab illis qui aut ipsi gentem viderunt, aut a fide dignis ea quae referunt accepere. Dousa.

ib. v. 12. Εὔρον] Ἕβρον legendum aut saltim intelligendum videtur amicissimo nostro Scriverio. et sic aliquoties infra, et apud Nicetam. adhibe tabulas Ptolemaicas, Mercatoris item atque Ortelii praestantissimorum geographorum lucubrationes. Dousa.

p. 60 v. 2. ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης dignitas in Byzantinorum imperatorum aula non postremo loco habita est, ut apud Curopalatem legimus. Witichindo est *mensae ministrator*, aliis *dapifer*.

quem dapiferatus honorem seu praefecturam mensae iam *tum* sub Constantino Magno ita distributis officiis institutam et Russiae principi assignatam, ut alia aliis, testatur Nicephorus Gregoras lib. 7 cap. 8. vide V. C. Marquardi Freheri Origines Palatinas parte 1 cap. 15 renovatae editionis, et Meursii Gloss. in *Δομέστικος*. DOUSA.

p. 60 v. 15. *τῆς τοῦ θεοῦ ἀντιλήψεως*] non arma, sed dei gratia est quae pugnat. Gregoras p. 83 19 de Alexio Strategopulo. ALL.

p. 63 v. 14. *ὁ μέγας Χαρτουλάριος*] de hac dignitate consulatur Glossarium Meursii. DOUSA.

p. 65 v. 4. *παρεσπόνδει*] cf. Anna Comnena lib. 7. ALL.

p. 67 v. 17. *θνήσκει*] mortis causam, quam hic tacuit Acropolita, narrat Gregoras p. 44 7. ALL.

ib. v. 18. *σωφρονική τε καὶ ἀρχική*] Irenes et Ioannis Ducae pietatem aliaque ad pios usus opera prosequitur Gregoras ibidem. de hac eadem Pachymerius in Historia. ALL.

p. 68 v. 18. *καλέσασα τοῦτον μωρόν*] Anna Comnena Histor. lib. 2: *καὶ ἡ θατέρου ἄτερον οὐκ ἐλάνθανε σχέσις. καὶ εἰς ἔργον οὔπω τὰ τῆς γνώμης ἀπέβαινεν, ἔνθέν τοι καὶ μωρὸν καλέσας αὐτὸν ἐπυνθάνετο λέγων, τί ὧδε ποιήσων ἥκεις;* ALL.

p. 70 v. 10. *τούτους γὰρ πρὸ βραχέος*] Gregoras p. 37 4 brevissime. ALL.

p. 71 v. 18. *ὁ πρωτοσέβαστος*] adi Glossarium Meursii in hac voce: facies operae pretium. reliqua autem quae hic commemorantur dignitatum nomina et functiones idem amicus noster longe doctissimus suis locis accuratissime explicat. quem virum quotiescunque nomino, si eum debito honore encomiisque ab exquisita et excellenti eruditione repetitis non afficiam, scito quia illa nomen ipsum praefert causam esse. DOUSA.

p. 72 v. 17. de purpureis imperatorum crepidis, an ocreis? supra egimus; item de tiara et pileo ad exemplum pyramidis in altum surgente et acuminato. de quo nunc audiendus Nicephorus Gregoras sub finem historiae suae, in Naenia: *de capitis porro tegumento, apud superiores imperatores moris erat ut aetate provectiores aulici proceres pileis turbinatis* (*καλύπτραις πυραμίδος ἐχούσαις σχῆμα*) *serico tectis uterentur, pro dignitate cuiusque.* atque haec imperii symbola haberi subdit Logotheta. quod et insinuat Iohannes Cantacuzenus Histor. Rom. sive Byzantinae lib. 1 cap. 5, ubi pileum istum *συνεκδοχικῶς* lapidem appellat, cum in apice pilei lapis visendae magnitudinis ac incomparabilis pretii spectaretur. Graece est *τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον.* et lib. 4 cap. 37 *λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος*, notante V. C. Iacobo Pontano S. I., cui illum auctorem praestantissimum, hactenus ignotum, luce nuper donatum, ut et Georgii Phranzae Chronicon, debemus. sed Latine tantum, quod unice dolemus.

de sandaliis imperatoriis idem Cantacuzenus lib. 2 cap. 14 et lib. 3 cap. 27. videndus etiam Leunclavius in Pandecte Historiae Turcicae. praetor Graeciae historicus, quem saepe vir magnus producit, ait *recepta Cpoli venisse in manus Graecorum imperatoria Balduini II symbola, quae quidem haec fuerint, καλύπτρα formae Latinis usitatae et unionibus distincta, cum lapillo rubri coloris in vertice capitis* (eius hic meminit Logotheta), *calciamenta cocco tincta, gladius vagina de coccinei coloris serico facta vestitus.* coniunge haec cum iis quae a nobis supra de pileo et calceis rubris annotata sunt. Dousa.

p. 73 v. 21. *παρὰ τῶν Ταχαρίων*] Chalaus Sitziscanis filius, ut supra diximus, superatis Tanaidis fontibus Europam devastavit. alter Sitziscanis filius Telepuges Caspiis angustiis superatis, Sogdiana a tergo relicta, Bactrianis et Oxosogdo flumine ad radices magnorum montium progressus cum exercitu hibernat. montes quod una continenti serie cohaerent, unum veluti montem conflant, et Taurus dicitur, qui Asiam universam mediam dividit, incipiens ab occasu proxime Aegaeum mare, et Asiam secans ad subsolanum ventum, iuxta Oceanum sese terminans. vere maximorum gregum aut armentorum instar montium cacumina superant, et populos subiectos invadunt, et Indiam penetrant, quanta in utraque Indi ripa patet; qua subacta in Arachosiam et Carmaniam iter convertunt, et gentibus illis facile devictis ad Chaldaeos et Arabes perveniunt. deinde ad Babylonios et Assyrios transgressi Mesopotamiam occupant, et loci amoenitate allecti errores finiunt. tertio anno Iaxarte fluvio traiecto Asiam inferiorem sibi vindicant, nec tum quieverunt, sed tribuni alio atque alio missi Persas primum et Parthos et Medos subigunt, deinde Armeniam maiorem ascendentes Colchidem et finitimam illi Iberiam excurrunt. praedia postmodum amoenissima, et delicatissimi agri, quibus illi summopere delectati sunt, effecere ut, quam animo iam possidebant, Asiam interiorem excurrerent, et imperii sui limites littoribus maris terminarent. gentibus tamen, quas inviserant, annua tributa imposuerunt, et pro sua libidine quidvis in illas decernunt. tandem Assyriorum Persarum et Chaldaeorum moribus exculti, patrio numinis cultu contempto ad eorum religionem inclinarunt, illorumque mores et instituta rebus in omnibus secuti sunt. hi Musulmanos, quos alii Turcas vocant, eo tempore pugnis et excursionibus assiduis acriter hostiliterque divexabant. All.

p. 74 v. 12. *σωτηριῶδες τοῦτο φάμενος τυγχάνειν ἀμφοῖν*] Gregoras p. 41 1. All.

p. 76 not. v. 3. *τοῦ πατριάρχου Γερμανοῦ καὶ Μεθοδίου*] etiam Onuphrius Panvinius in Chronico Germano patriarchae successorem facit Methodium hoc nomine 2. Nicephorus Gregoras tamen lib. 3 cap. 1 et 2 Germanum habuisse successorem

scribit Arsenium monachum, illum ipsum puta, cuius Logotheta infra meminit et Manuelem Arsenium vocat, monachum Apollonia accersitum, unoque die diaconum sacerdotem ac patriarcham factum. idem in notitia patriarcharum, quantum colligere possum (nam ea post Manuelem Charitopulum philosophum lacera est et interrupta) Arsenius Autorianus appellatur. sedit Germanus in throno iuxta Onuphrium annos 17 menses 6. catalogus ms patriarcharum Gretzero citatus annos tantum 17 habet. DOUSA.

p. 77 v. 22. *τῆς μονῆς τοῦ Βηρός*] Choniata p. 595 4. ALL.

p. 80 v. 10. *Δραγωτᾶν*] ita ms exemplar. malim tamen quemadmodum post sequitur, ut sit *ὁ Δραγωτᾶς*. *Dragotes* sive *Dragutes* nomen proprium viri etiam alias occurrit. DOUSA.

p. 81 v. 14. *ὁ Λιτοβόης Νικόλαος*] Choniata p. 564 11 meminit cuiusdam Litoboës militis in exercitu Ducae sebastocratoris, qui ex barbarica cohorte ducem nactus alia via sine ulla noxa Ducam servavit in clade Isaacii a Blachis accepta. ALL.

p. 84 v. 9. *τῷ τῆς Ῥοδόπης ὄρει*] Anna Comnena lib. 14: *κατὰ γραμμὴν παράλληλον κεῖται τῷ Αἵμῳ.* ALL.

p. 87 v. 16. *κατὰ τὸν κωμικόν*] Chremylus ad Carionem servum in Pluto apud Aristophanem: *ἀλλ' οὔ σε κρύψω· τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον.* ALL.

ib. v. 20. *ἐγὼ φησίν*] eodem astu Iuvenius Celsus promeritas poenas, quod adversus Domitianum coniurasset, effugit. vide Dionem in Domitiano. ALL.

p. 88 v. 4. *ἀσκὸν διαφυσήσας*] simile quid legi in vita S. Theodori Studitae a Niceta Alexii filio perpetratum, tanti patris infortuniorum miserto. en verba. *ἔγνω καὶ ταύτην τοῦ δικαίου τὴν παρρησίαν ὁ βασιλεὺς καὶ τὸ ἐν ἅπασιν ἀταπείνωτον. ἀμέλει καὶ αὐτὸν πάλιν ὡς εἶχεν ὁρμῆς τὸν Νικήταν πρὸς τὸν ἅγιον πέμπει, πληγὰς νῦν σφοδροτάτας ἐντεῖναι αὐτῷ παρακελευσάμενος καὶ κατὰ μέρη καὶ μέλη ταῖς μάστιξι διαξᾶναι καὶ ὅλον αἰκισμῶν θεῖναι ὑπόπλεων. οὗ καὶ τὸν ὅσιον καταλαβόντος, ὅτου τε ἧκοι χάριν ἀναγγείλαντος, ὁ δὲ τοῦτον ἅμα τῷ λόγῳ τὸν χιτῶνα σὺν εὐθυμίᾳ ψυχῆς ἀποδυόμενον καὶ τὰς σάρκας πρὸς τὸ μαστίζεσθαι εὐτρεπίζοντα. "τοῦτο γάρ μοι" φησὶν "ἐκ πολλοῦ καὶ ἐφετὸν καὶ προσδόκιμον." ἀλλ' ὁ συμπαθὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ αὐτόχρημα ἐλεήμων, ὡς μόνον ἴδοι τὰς τιμίας ἐκείνας σάρκας γυμνάς, ἃς καὶ χρόνος καὶ νηστεία ἐσχάτως ἐξέτηξεν, ἐκλάσθη ὅλως καὶ τὴν ψυχὴν ἔπαθε, μηδὲ προσχεῖν ὅλως μηδὲ ψαῦσαι ταύταις τὸ καθόλου τολμήσας, πολλοῦ γε καὶ δὴ χερσὶν αἰκίσαι ἢ μάστιξιν. ὅθεν καὶ σοφόν τι ἐν ἑαυτῷ βουλευσάμενος, ὡς ἂν καὶ τὸ παρὰ βασιλέως δόξῃ ἀφοσιοῦν καὶ τοὺς συνόντας λάθοι, ὡς τετυφὼς εἴη τὸν ἅγιον, προβάτου δορὰν ἐνεγκὼν καὶ ταύτην ἐπὶ τῶν ὤμων θεὶς τοῦ ἀνδρός, κατὰ ἐκείνης, ὡς εἶχε, τὴν τῶν μαστίγων ποιεῖται καταφοράν, τὸ*

μόνος καταλειφθῆναι μετὰ μόνου προοικονομησάμενος διὰ τὴν περὶ τὸν ἄνδρα, φησίν, αἰδῶ καὶ τὴν τῶν σαρκῶν ἔκτηξιν. ἵνα δὲ καὶ ῥανίδας ὑποδεικνύειν ἔχῃ τοῦ ἀπὸ τῶν πληγῶν αἵματος, αὐτὸς ἐκεῖνος, ὢ γνώμης εὐγνώμονος, τὸν οἰκεῖον αἱμάσσει βραχίονα σιδηρίῳ ἐκκεντήσας, καὶ τὸ ἐκεῖθεν ῥεῦσαν τὴν μάστιγα ἐπιβάψας, οὕτω ταύτην ἐξελθὼν δείκνυσιν σαρκὶ φοινιχθεῖσαν καὶ αἵματι, αὐτὸς δῆθεν ἀσθμαίνων καὶ ὑποκρινόμενος τὸν κατάκοπον, καὶ εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ ὁσίου ὁ θεοφιλὴς οὗτος, καὶ εὐχαῖς ταῖς αὐτοῦ προπεμφθεὶς ὁδοῦ εἴχετο, μισθὸν οὕτως ὑπερφυᾶ κάλλιστον ἔργου δεξάμενος. All.

p. 88 v. 13. quomodo S. Demetrius sit Thessalonicae κηδεμὼν et πολιοῦχος, inter alios pluribus explicuit Ioannes Stauracius de miraculis S. Demetrii. et Nicolaus patriarcha monodia de excidio Thessalonicensi: ποῦ μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπερεῖδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολιούχῳ ἡ ἐχθροῖς ἄβατος, ἀφ' οὗ χρόνου ταύτην ἥλιος ἐθεάσατο, τοσούτων κακῶν εἰς πεῖραν ἐγένετο; πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὀφρύος ἠνέσχου κατορχουμένης τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινας ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; All.

p. 90 v. 19. πεπλούτηκεν εἰς εὐτυχίαν] hoc maxime improbatum est a Ge. Phranza lib. 1 c. 5: *hoc maxime modo imperium ad Michaelem ex Palaeologis imperatoribus primum pervenit, quod utinam ne unquam pervenisset.* All.

p. 91 v. 8. φιλόσοφος] corrigendum hic animadvertit Meursius, ὁ Φίλης. eius mentio pluries in hac historia. atque huius sine dubio gentilis est ille Philes cuius exstat *historia animalium.* quae sententia est illius doctissimi viri, quem modo nominavi. Dousa.

ib. v. 16. ἐκεχειρίαν] cf. Ioannes Tzetzes Chil. 2 v. 58 de significatione huius nominis. All.

p. 92 v. 19. ὁ Γαβαλᾶς] repugnante licet scripto codice legendum ὁ Γλάβας, uti mox infra diserte perscriptum est, Dousa.

p. 94 v. 16. ἱππαγωγούς] cf. Ioannes Tzetzes Chil. 6 v. 329. Suidas: ἱππαγωγὸς ναῦς ἡ τοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ἄνδρας ἄγουσα. ἱππηγὸς dicitur a Polybio. idem in ῥῦμα. ex hoc monstrum facit Sabellius *Hippagenes,* Ennead. 9 lib. 5: *quas habuit centum viginti arcilia: sic enim dicunt Veneti navigia ad convehendum equos; Graeci Hippagones vocant.* All.

p. 95 v. 11. μετὰ τοῦ δεσπότου] exactius Gregoras p. 47 13—49 4. All.

p. 99 v. 11. παραχειμάσας οὖν] Gregoras p. 49 4—7. ait reditum parasse, quod ibi nollet hibernare.

ib. v. 22. ἐς Φιλίππους ἐπήξατο] Gregoras p. 49 7—21. et mirum sane Gregoram iudicium adeo celebre, quo forte Graecia et dignitate personarum et probationum veritate et iudicum

frequentia nullum vidit illustrius, adeo obtruncasse deartuasseque ut neque pes neque caput in eo appareat. Ge. Phranza temere confundit omnia, qui iudicium hoc sub Batacio factum sub Theodoro illius filio ponit. *quae res eum in suspicionem captati imperii, cui per id tempus Theodorus Lascaris iunior praesidebat, per calumniam vocavit.* secundo, quaestioni praefuisse, cuius tum apud imperatorem plurimum valebat auctoritas, Arsenium patriarcham cum aliis iudicibus. et tamen Arsenius post illud iudicium ex Apolloniade accitus in patriarchatum evectus est. tertio, episcopus, qui illi suadet ut consilii sui conscios ediceret, etiam iureiurando promittit illos solos ex legibus poenas daturos, Michaelem ab omni supplicio immunem ac liberum abiturum. et hoc fuit praeter sententiam imperatoris; et episcopus promittit nunquam postea observanda. quarto, probationem ferri candentis Michael ad probandam suam innocentiam poscit. *quodsi hoc non est satis, obsecro te, domine, hoc mihi da, ferrum in camini flammas coniectum et etiam atque etiam vehementerque candens manibus complectar, prunasque in sinum immittens, sperans deum, qui tres pueros in camino ignis liberavit, et oculum illum omnia contuentem semperque vigilem, qui scrutatur renes et corda, quique novit nec cogitasse nec concepisse me de quibus interroges, illaesum, si ei placuerit, ab adustione servaturum.* hoc vero merum mendacium est: semper enim ab huiusmodi ferri candentis experimento abhorruit, palamque edixit se ut Romanum legibus Romanis, non barbaris, quando ille mos barbarorum erat, iudicandum esse. quinto, ineptissime ab episcopo deterretur Michael ab illa probatione, cum episcopus ille ad eam suaderet, qui comperta postea Michaelis mente verba illa protulit. cum itaque omnia confundat et mutilet pro libidine Phranza, nos eo neglecto ex aliis scriptoribus rem adeo singularem illustrabimus. Henricus quoque Spondanus in Continuatione Annalium miro anachronismo, ut semper solet, hoc idem iudicium sub Theodoro ponit, sub quo affectasse imperium Michaelem Palaeologum scribit. All.

p. 100 v. 1. *Νικόλαος*] Nicolai huius quoque mentio fit supra loco nimisquam corrupto. *μαγκλαβίτης* nihil aliud est quam custos ad aulae ianuam, clava armatus, quam *μαγκλάβιον maniclavium* appellabant. vide Glossarium Meursii in *μαγκλάβιον* et *μαγκλαβίτης*. Dousa.

ib. *κατεῖπε πρὸς τὸν βασιλέα*] saepe alias etiam in suspicionem affectati imperii sub hoc Batacio venisse Michaelem Palaeologum habeo ex Ge. Pachymere lib. 1 cap. 7, qui ibidem exponit quomodo Batacius securitatem sibi parabat. All.

ib. not. v. 7. *ἡ διὰ μύδρου ἀπόδειξις*] ferri candentis experimentum ad innocentiae probationem nota etiam Graecis ea

tempestate in usu fuisse. Georgius Pachymerius lib. 1 Historiae Graecae testatur *se adolescente nonnullos massam ferream candentem manibus citra noxam sustulisse, atque ita innocentiam suam per miraculum testatam reddidisse.* et diu post haec tempora adhuc *ferrum ignitum ab illaesa muliere contrectatum* scribit Cantacuzenus Histor. Byzant. lib. 3 cap. 27. Dousa.

p. 100 not. v. 11. *Φειδίας καὶ Πραξιτέλης*] novum mihi hoc semper visum fuit Phidiam Praxitelemque, duos nobilissimos statuarios ac caelatores, magorum ac praestigiatorum loco haberi. si non nugatur Graeculus, profecto velim doceri quid sibi velit et quo alludat auctor. Dousa.

p. 101 v. 15. *Καλλιμάνου ἀδελφή*] Pachymerius, ut supra, non hasce cum Thamare Callimani sororis nuptias, sed cum filia Michaelis despotae secreta sponsalia suspicionem affectati imperii movisse tradit. All.

p. 102 v. 5. de purgationibus per monomachiam et ferrum candens vide doctissimas et eruditissimas Martini Delrii dissertationes, et Sixtum Senensem Biblioth. lib. 2 in fine. sunt a sacris canonibus damnatae et interdictae sub poenis gravissimis. All.

p. 103 v. 4. *ἡ διὰ μύδρου ἀπόδειξις*] mirum quid in hoc ipso genere de muliere adultera sed poenitente, et episcopo Didymotichensi commemorat Ioannes Cantacuzenus Histor. lib. 3 cap. 27. addam ipso tempore Lascarium hanc purgationem ferri candentis maxime fuisse in usu, ut oculatus testis refert Pachymerius lib. 1 (p. 33 2—14). et nota *καὶ εἶδεν ὁ γράφων ἡβῶν τῷ τότε ὑποστάντας τινὰς τοιαῦτα, πλὴν ἀλωβήτως ἀπαλλάξαντας τὸ θαυμάσιον.* pyrae eversae probationem in homicidio apud Cyprios lego apud Theodorum Prodromum de Rhodanthes et Dosiclii amoribus lib. 1. All.

ib. v. 13. *ὁ τῆς Φιλαδελφέων*] hic est Phocas Philadelphiensis episcopus, quem cum Arsenio patriarcha videtur confundere Phranza. All.

p. 107 v. 6. *ὁ Μανουήλ*] non ergo Arsenius, ut Phranza. Gregoras: *ὅμως ἔδοξεν ὅρκοις αὐτὸν βεβαιώσαντα* etc. verba habes superiori capite. sed magis distincte et accurate Pachymerius p. 22 8. All.

p. 108 v. 7. *καὶ ὁ βασιλεύς*] Gregoras p. 49 21. All.

p. 109 v. 2. *γεγονὼς ἄφωνος*] Gregoras p. 50 6. All.

ib. v. 4. *ἰφόλβιον*] corrigendum censet Meursius *φόλβιον*, barbara et peregrina voce, herbam significante. de qua sic in Glossario: *φόλβιον herbae genus.* Demetrius Cpol. Hieracosophii lib. 2 cap. 1: *φολβίου βοτάνης, κόστου, σμύρνης ἀρρενικῆς, στάχους Ἰνδικοῦ.* occurrit illic pluries. videturque *beta* esse, quae Italis *foglia molla.* Scriverio vero nostro aliter videtur, qui legendum putat, levissima mutatione β in κ, *ἰφόλκιον*, ut dicat

medicos scarificationem cucurbitularum pedibus adhibuisse, et ἐφόλκιον sive attractorium quoddam medicamentum scarificationi iniecisse et applicasse ad eliciendum sanguinem, cui rei εὐφόρβιον aptum etc. Dioscorides Aesclepiadesque alii videntor. de morbo autem imp. Io. Ducae Batatzis Nicephorus Gregoras lib. 2 cap. ult. Dousa.

p. 109 v. 15. τοῖς τοιούτοις ἐπεχωρίαζε] Gregoras p. 50 8. All.

p. 110 v. 3. τῷ ἐκεῖσε προσκυνήσῃ Χριστῷ] in hac aegritudine Ioannis pietatem et nummorum in pauperes profusionem fuse enarrat Georgius Pachymerius (p. 70 8), qui a Christianis principibus omnino audiendus est. All.

ib. v. 14. ἑξήκοντα καὶ δύο] Gregoras p. 50 16. et nota annos vitae illius Acropolitam numerare sexaginta duos, Gregoram sexaginta: in annis imperii conveniunt, cum uterque tres et triginta imperii numeret. All.

ib. v. 18. δαψιλεστέραν] admirabitur non nemo quanam ratione eiusmodi imperatores, qui paulo ante reliquam regiam supellectilem hostibus cesserant et omnia sua amiserant, extorres, et non sine continuis illisque immensis sumptibus, nunc cum Bulgaris nunc cum Latinis nunc cum Christianorum hostibus, et quod maius cuipiam videri poterit, cum Graecis ipsis belligerantes, tot recolligere pecunias potuerint, ut larga etiam manu largitionibus et retributionibus, non familiaribus modo sed exteris, supra etiam imperatorum consuetudinem effusissimis providerint. cessabit omnino admiratio, si revocentur in memoriam quae Pachymerius de aerario Ioannis et Theodori scribit p. 68 6. All.

ib. v. 22. Ἄννης] mortua namque Irene Annam Alemannam Manfredi Siciliae regis sororem uxorem duxit. Gregoras p. 45 7 et 91 22. Pachymerius lib. 3 p. 181 9 et infra p. 185 7. huius Annae postea imperium adeptus Michael Palaeologus maxime cupiens fuit. itaque inflammatus libidine ferebatur, ut neque pudor neque pietas neque hominum fama a cupiditate illa revocarint. mulieris castimoniam et artes et ipsius imperatoris conatus Pachymerius lib. 3 p. 181 14 sqq. expressit. All.

ib. v. 23. Μαρκεσίνης] rem fusius pertractat Gregoras p. 49 9 sqq. quae Gregoras de Nicephoro Blemmyda et exclusa Marcesina ab ecclesia tradit, videtur hausisse ex epistola encyclica eiusdem Nicephori, quae quia adhuc inedita est, quod sciam ipse, et digna sit quae ob pietatem et summam in Christianam religionem zelum teratur omnium manibus, hic exscribam Graece; quae est: Νικηφόρου μοναστοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ κατὰ τὰ Ἠμάθια ἡσυχαστηρίου τοῦ Βλεμμύδου ἐπιστολὴ καθολικωτέρα καὶ πρὸς πολλούς, ὅτι ἡ ἀρχόντισσα ἡ Μαρκεσίνα, ἡ ἐξόχως ἐρωμένη τῷ βασιλεῖ καὶ διὰ τοῦτο πάντων ὑπερτεροῦσα, καὶ αὐτῆς τῆς Αὐγούστης πρωτεύουσα τυραννικῶς, εἰσέφρησεν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς

